O Juda ꝛ hierusalem nolite timere ꝛc. Nolite timē cōfessores veri qui non soluꝫ ore sed toti panter ꝛ er oī parte dño confitemini confessionē sicut vestimentuꝫ induti. Vera cōfessio est si oīa opa vestra sint opera dei ꝛ confiteantur ei. Confitemini autem gemina confessione· vt duplicibus vestiamini· scilicet confessione peccatoꝝ vestroꝝ ꝛ laudis diuinę. Tūc enim veri iudęi eritis si oīs vita vestra confiteatur vos peccatores· ꝛ multo maioribus dignos pēnis· deum vero summe bonū qui pro his leuibus ꝛ transitoriis eterna cōdonat supplicia quę meruistis. Estote autem ꝛ vera hierusalem cuius fines dñs posuit pacem. Eteni hierusalem visio pacis vtiqꝫ visio non possessio. Si ergo pacem non habetis· imo quia perfectam hic habere non potestis· saltem videte· cōsideratę desideratę eā vt oīa quęcunqꝫ facitis ei⁹ intuitu ac desiderio faciatis. Siccꝫ iam nihil timetis quia dicitur vobis: Cras egrediemī et iam non erit timor in finibꝰ vestris. Nā si eis qui viam pacis non cognouerunt dicitur: Cras egrediemini· non erit ista consolatio sed cōminatio. Soli quippe dissolui desiderant ꝛ egredi concupiscūt qui pacem vident ꝛ sciunt· nō illi qui in insaniam versi suis compedibus delectā tur. Tales enī mortēdo non tam ingressi qꝫ egressi dicendi sunt· quia non i lucem nec in libertatem sed in carcerem vadunt. Illi ꝙo econtra sciūt quia si terrestres domus hui⁹ habitatiōis eoꝝ dissoluātur· ędificationē habēt ex deo· multos quidem hostes habent in ꝑsenti· carnem scilicet qua nullꝰ hostis vicinior esse potest· ꝑsens seculū neqꝫ quod vndiqꝫ circūfusum est· ꝓncipes tenebrarū qui viam obsident i aere collocati. Sed dicit eis: Nolite timere· quia cras· i· in ꝓximo egrediemini. Tres enī sunt dies de quibus legit· viuificauit nos post duos dies ꝛ in die tertia suscitauit nos. Vnus ꝫ Adam· alter in Christo· tertius cū Christo· vnde ꝛ ibi subditur: Sciem⁹ sequemurqꝫ vt cognoscam⁹ dñm. Et hic dicitur: Cras egrediemī ꝛ dñs erit vobiscū. His enī dicitur: qui dies suos dimidiauerunt in quibus periit dies in qua nati sūt· id est· dies Adę· dies peccati· dies inimici qui dicit: Aperiēt oculi vestri. Cui scilicet dici in qua natus erat Hieremias quoqꝫ maledicebat: Ecce nobis illuxit dies redēptiōis nouę reparatiōis antiquę felicitat⁹ eternę. Hęc est dies quā fecit dñs· exultemus ꝛ letem⁹ in ea· vnde nisi de conclaui huius seculi de ergastulo huius corporis· de compedibꝰ necessitatis· curiositatis· vanitatis· ꝛ voluptatis· quę nob etiam inuitis tenent pedes

affectiõis. Quid n spiritui cũ terreni? Cur non spũalia desiderat quærit ꝛ sapit? Quę sursum sunt inquit quærite sed aggrauat enim corpus quod coꝛrũpitur multęq necessitates detinent ꝛ vis eius quędam praui desideriꝙ terreni delectationis volare non patitur animusq mentem retrahit si qñ sublenatur. Sed nolite timere cras de lacu miserię ꝛ de luto fecis egredienti qñ vt inde nos educeret ipse dei filius infimus est in limo profundi. Agite ergo diem festum in Christo vt sicut ille ambulauit ꝛ ita vos ambuletis. Ac nolite timere quia cras egredimini ꝛ sic semper cum dño eritis vel quia signanter est dictum ꝛ dñs erit vobiscum sic intelligam⁹ vt dum in corpore sumus nos esse cum dño possimus id est voluntati eius adhęrere sed non ille nobiscũ vt consentiat voluntati nostrę Dellemus enī iam esse liberi cupimus dissolui desideramus egredi sed adhuc est certa causa differt ille. Cuꝛ aũt egressi fuerimus ille nobiscũ erit vt quicquid voluerim⁹ velit ꝛ ī nullo discordet a nostra voluntate.

Adhuc de eodẽ. 4 Cap. LXIX

Tacꝙ iuda ꝛ hierusalez nolite timere si perfectionẽ quã desideratis nõdũ potestis adipisci sed quod min⁹ habet impfectio cõuersationis suppleat humilitas confessionis. Et impfectũ nr̃m viderũt oculi dei. Propter hoc enī mandauit mãdata sua custodiri nimis vt videntes imperfectionẽ nostrã deficere ꝛ nõ posse qõ debet implere fugiam⁹ ad mãm ꝛ dicamus qñ melior est mia tua super vitas Et qui non possum⁹ in vestitu innocentię siue iusticię apparea⁹ vestiti confessione. Confessio ꝛ pulcritudo in conspectu dñi si tamen sit non oris tñ sed totius vis vt oĩa ossa nostra dicant: Dñe qs similis tui? Idꝙ solius pacis intuitu ꝛ desiderio recõciliationis ad deum. Talibus enī dicit: O iudea ꝛ hierusalẽ nolite timere cras egredienti id est qñ cito a corpe exierit anima oĩs simul affectiões ꝛ oĩa desideria qbꝰ p vniuersum interim mundũ dispersa ꝛ ligata tenebãt de hoc fisco egredient⁹ ꝛ dñs erit vobiscũ. Nimis quidem id potest videri vobis si nõ ad ea quę vos expectant sed ad vos respicitis tñ: Nonne ẽ vniuersus expectat mundus: Nam creatura qnę homine cadẽte tota simul corrupta est ꝛ vanitati subiecta ingemiscit ꝛ parturit vsq adhuc qñ hereditas nõ reparabitur donec heredes reperiantur. Sed ꝛ angelis ꝛ hoĩbus spectaculũ facti sum⁹. Nã martyres acceptis iam singulis stolis desiderant perfectionẽ beatitudinis sed non duplicabo vestient donec ꝛ nos vestiam⁹ vadimonia tenemus ꝛ obsides ipsa eorum corpora sine quibus cõsũmari nõ valent nec ea sine nobis recipient. Quid tamen de his loqr qui didicerunt ex his quę passi sunt cõpassionem cum ꝛ ipsi quoq nostrã angeli sancti desiderent glorificationem? Solliciti nempe sunt cęli ciues vt veniant lapides viui qui eis ędificent ꝛ ex q̃bus ruinę suę ciuitatis instaurent. Expectat nos etiam deus pat⁹ non solus ꝓpter nimiã erga nos suam dilectionẽ sed ꝓpter seipsum vt impleat filio promissionem: Postula inquit a me ꝛ dabo tibi gentes hereditatẽ tuam. Douro de filio quis nesciat q̃ntus desideret fructũ natiuitatis ꝛ totius vitę quam gessit ī carne. Fructum deniq crucis ꝛ mortis suę p̃cium sanguinis p̃cioſi. Nonne tractaturus est deo ꝛ patri regnũ quod acquisiuit eiq restauraturus creaturas suas pro quibus illum pater in terras misit? Expectat nos ꝛ spũs sanctus quia charitas est ꝛ benignitas in qua sum⁹ ab eterno p̃destinati. Nec dubiũ q̃n ad p̃destinationem suam velit impleri. Ergo q̃ parate sunt nuptię nosq oĩs frequẽtia

157

desiderat·z exspectat celestis curię. Curramus non quasi in incertum·curramus desiderijs z profectu virtutum proficere z phisci. Dicamus ergo singuli: Aspice in me dñe z miserere mei·nō sicut ego meruī sed sicut tu nosti misereri z fm iudiciū diligentiū nomen tuū. Fiat fuerit volūtas ī celo sic fiat. Quam? qz scriptum est: An non licz mihi facere quod volo. Et si deus pro nobis quis contra nos? Aut quis accusabit aduersus electos dei? Hec interim charissimi sit consolatio nostra vel solatiū donec egrediamur z dño sit nobiscū.

De exercitu angelorū qui pastoribus apparuerūt. Beda in omel. ¶ Cap LXX

NE vero parua vni⁹ angeli videret auctoritas postq̄ vnus sacramentū nouę natiuitatis edocuit·statim multitudo celestiū agminū quę gloriam deo caneret affuit pacemq̄ simul omnib⁹ predicaret aperte demonstrās·quia per hanc natiuitatē homines ad pacem vnius fidei spei z dilectionis atq̄ ad gloriam diuinę laudationis essent conuocandi. ¶ Glo·sup Lucam. Et bene scriptura militię celestis exercitum nōiat sequentē Christū ducem qui contra malignos spūs ad tutelam nostram angelor̄ exercitus ordinat. Vno igitur euangelizāte multitudo prumpit in nouam laudem·vt z officium suū deo impendat z nos homines instruat vt quoties sacrā eruditionem et ore fratris audimus deo laudes ore corde atq̄ opere reddam⁹. ¶ Gregorius in omel·. Prius quidem q̄ redemptor noster per carnem nasceret discordiam cum angelis habuim⁹ a quorū claritate z mūdicia per peccę culpę meritum ac per q̄diana delicta longe distabamus. Nam quia peccādo extranei eramus a deo angeli ciues dei nos extraneos reputabant a suo consortio. Sed quia regem nostrū cognouim⁹ recognouerūt angeli ciues suos. Etenī quia rex terram nostrę carnis assumpsit·infirmitatem nostram illa iam angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostraz angeli redeunt·contentionē priorib⁹ discordię postponūt·z quos prius infirmos deiectosq̄ desperarant iam socios venerantur. Hinc ē qđ Loth z Josue angelos adorantes venerant·nec tamen adorare prohibentur. Johannes vo in Apocadorare angelū voluit·sed tamē iste angelus hunc ne se deberet adorare compescit dicens: Vide ne feceris·conserv⁹ tuus sum z frater tu⁹. Quid est quod ante redemptoris aduentum angeli ab hominib⁹ adorant z tacent·postmodū vo adorari refugiūt·nisi q̄ naturā nostram quā prius despexerāt postq̄ hanc sup se assumptā conspiciunt prostratā sibi vivere ptimescunt. Nec iam sub se quasi infirmā contemnere ausi sunt quā super se videlicet in celi rege venerant. Nec habere dedignantur hominē sociū qui sup se adorant hominē deum. Curem⁹ itaq̄ charissimi ne qua nos īmundicia polluat qui in eterna p̄scientia dei ciues z angelis equales sumus nostramq̄ dignitatem moribus vndicem⁹. Defende tibi contra vitia honorē dei o homo·quia ppter te factus est deus homo. ¶ Augustinus in sermone d̄ natiuitate dñi. Et ego q̄dē frēs p q̄d impēdi z supimpendi cupio licet magnos sp vos fecerim in conscientia mea·maiores tamē quodāmodo mihi vos efficit ista cum videlicet nitendo ōnta sit dñi mei pro homine dignatio. Vos vtiq̄ causa dñice incarnatiōis vos dñici sanguinis pium estis·vos membra Christi capitis·pro vobis nasci·pro vobis cuncta non distulit pati. Vos appellam⁹ fratres Christi·vos heredes dei. Non ergo despiciat se homo ipse ppter quem dignatus est deus ista subire. Ob hoc vnusquisq̄

dignū seipsum baptizat coram quo pecca re non veretur. dignū se estimet coram q̄ si delictuz cogitauit erubescat. Empti enī estis precio magno. glorificate z portate deum in corpore vestro.

De cantico quod cecinerunt. Glo. vbi. s. ¶ Cap LXXI

Quoniam ergo deus et homo nascebat pax hominibus cum ipsis angelis decantatur. deoq̄ gloria qui ab angelis pro nostra redemptione glorificat. pax inq̄ hominib⁹ qui natum Christum suscipiūt. non his qui audita eius natiuitate turbati eum persecuti sunt. Non est enī pax impiis dicit dñs. ¶ Hugo de sancto victore. Sed pax hoibus vniq̄ bone voluntatis. quia totū est in volūtate meritum hois. q̄ntum vis tū mereris. Sed nedicas. quid igitur opus est operaris. scias quia voluntas non est si non operatur quod potest: Alioq̄n sufficit ipsa sibi si operari non potest. sed ideo post voluntatem opus requirit vt ipsa ipso opere augeatur. tale quippe cor homis est vt opere suo amplius inardescat sine ad bonum si rectum est. sine ad malū si peruersum. q̄ntum ergo voluntas crescat tantum z meritum. ¶ Idem in notul super ps. Ait Ro deus qui pacis amator est cor turbatū inhabitare non pōt Venite igitur ad lucem z videte opera dñi per lucem. Que? Consideraui dne opera tua z expaui. Parvulus enī natus est nobis z filius datus est nobis ꝛc Super terram hec posita sūt q̄n ad pacem terrena componūt. prodigia sūt q̄ venturi seculi gaudia pretendūt. Principes pacis auferens bella pacificans hominem intus z extra. arcū conteret z cōfringet arma diaboli. versutias admirabilians z machinamēta. Scuta comburet igni dura corda mollieno igne sancti spiritus. quibus patraū z plena pacis redvita vot sequitur exhortatoria: Vacate z videte ꝛc ¶ Leo papa de natiuitate dñi sermo. vj. Deus certe non aliter colitur nisi id ei quod ipse tribuit offeratur. Quid autem in thesauro largitatis dñice tam cōgruū ad honorem sollennitatis ꝓdicte possumus inuenire q̄s pacem que prima est angelico ꝓdicata concētu in ipsa dñi natiuitate? Ipsa enī est que parit filios dei. nutrix dilectionis z genitrix vnitatis. requies beatorum z eternitatis habitaculū. Cui⁹ hoc opus ꝓprium z speciale beneficiū est vt iūgat deo q̄s secernit e mūdo. Vnde apostol⁹ ad hoc bonū nos incitat dicens: Justificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum. Cuius sentētie brevitate oīum fere mandatoz continetur effectus. quia vbi fuerat veritas pacis nihil potest deesse virtutis. Quid est autē ad deum pacem habere nisi velle quod iubet z nolle quod prohibet? Si enim humane amicitie animos pares z similes expetunt voluntates. nec vnq̄ diuersitas morum ad firmam potest concordiam peruenire. Quō particeps erit pacis diuine. cui placent que deo displicēt. et bis appetit delectari quibus illuz nouit offendi? Non est anim⁹ iste filioruz dei genus electum z regium regnātionis sue respondeat dignitati. Qui non ex sanguinibus neq̄ ex voluntate carnis sed ex deo nati sunt. Patri pacifico z concordiam filiorū offerant z in ꝓmogenitum nouę creaturę qui venit non suam sed mittentis facere voluntatem ad optionis vniuersa nobilitate membra concurrant quia patris gratia nō discordes neq̄ dissimiles sed vnū sentientes vnūq̄ amantes adoptauit hēredes. ad vnam reformatos imaginē animū oportet habere ꝓformē. Natalis dei natalis ē pax Ipse enī est pax nr̄a qui fecit vtraq̄ vnū Qui etiā ante diē passiōis ait discipul: Pacē relinq̄ vobis. pacē meā do vob. Et ne sub noīe generali pacis suę lateret

qualitas adiecit. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Non habet inquit mūdus amicitias veras sine fidelis·multosq; facit amore peruerso pcordes. Nam sunt etiam in vitijs animi pares·z similitudo desiderioꝝ equalitatez gignit affectuū. Qm̄ ergo quicūq; spū dei aguntur hi filij dei esse probant·nos vnū volentes vnūq; sentientes z in fide spe z charitate pcordes spūs pacis agat z ad gaudia vera pducat. ¶ Bernardus. Sed displicet mortalibꝫ angelica illa ptitio qua nūciatur hoībus pax·z gloria deo·dumq; gloriam vsurpāt pacem turbant·solus meretur gloriam qui facit mirabilia solus·sicut ait apostolus Soli deo gloria z honor. Porro cum nostro rege bene agitur si pace dei cum deo frui datur. Et quidem fꝫliciter atq; misericordiē·Quo nā ergo pax hominū coram deo z cum deo stabit si deo apud homines esse tuta gloria sua non possit? O stulti filij Adam qui pacem contemnentes z gloriam appetentes·z pacē perdunt z gloriam ¶ Idem in epistola ad nouicios. O q̄ vani z mendaces filij hominū instant qui gloriam ab inuicez querunt z gloriā que a solo deo est nolunt. Plane in hoc ipso decipientes ipsi de vanitate in idipsuz. ¶ Idē in sermone de natiuitate dñi. Christus natus tacet·non se extollit·nō magnificat·non predicat·z ecce annūciat cum angelus·laudat multitudo celestis exercitus. Et tu ergo qui Christum sequeris inuentū absc̄o de thesaurū·amanescri·laudet te os alienū·sileat tuū.

De laudando dño angelorum exemplo. Maximus in sermone. ¶ Capitulū LXXII

ECce christū Jesum vbera sugentiū infantiū more nascentiū·more vagientiū vagiētem vilibꝫ pannis circūdatum·vilius in presepe iacentem·angelica ministeria p̄sequunt·oīsq; celestis exercitus multitudo miratur consona voce collaudās et dicens: Gloria in excelsis deo ꝛc. Nam idem ipse dei filius z apud angelos gloriosus est in excelsis·z tonc voluntatis hominibus pacem prestat in terris. Gloria vtiq; deo qui desperatis mortalibꝫ munus eterne salutis exhibuit·z pax hoībus bone voluntatis quos certamine suo christus suosq; p̄clio in regnū patrium de captiuitate diabolica reuocauit. Et nos ḡ de tanta salute letantes exultem⁹·nos vocibus angelicis sociantes honore debito mysteria Christi semper virtutesq; laudemus. ¶ Augustin⁹ in sermone de natiuitate dñi. Laudent eū condigne omnes angeli eius quoꝝ cibo eos incorruptibili sagina viuificans est eternus·quia verbum dei est cuius vita viuūt·cui⁹ bonitate semper beate viuūt. Nos autem plebs eius z oues manus eius pro modulo infirmitatis nostre pacē per bonam voluntatē recōciliati habeamus. Ipsoꝝ eteni angelorū vera vox ē que nato nobis saluatore cū exultatione fusa est·gloria in excelsis deo·z in terra pax hoībus bone voluntatis. Laudant ergo illi competenē laudem⁹ z nos obedienter. Sunt illi nūcij eius·sumus z nos pecora eius. Impleuit in celo mēsam ipsorum·impleuit in terra p̄sepe nostrum. Plenitudo mense ipsoꝝ est·qz in principio erat verbū z verbū erat apud deum z deus erat verbum. Plenitudo presepis nostri est·quia verbum caro factum est z habitauit in nobis. Vt eniꝫ panem angelorꝫ māducaret homo·creator angelorū factus est homo. Illi laudant viuendo·nos credendo Illi fruendo·nos petendo. Illi capiēdo·nos quę rendo. Illi intrando·nos pulsando.

¶ Glo·sup ps·xcvij. Cāte igitur dño canticum nouū·canticum scilicet de incarnatione Christi z redēptiōe generis hūani·qd̄ vtiq; nouū extitit·qz nihil

vnq̄ tale mūdus audiuit. ¶ Glo. super ps̄. xcv. Canticum nouum domino canere. est veterē hominē cum actibus suis exuere ac nouū induere. quod vtiq̄ cantat qui amat. Vetus enī canticum cantat cupiditas. nouū charitas. quę ipsa est canticū nouū. Ipsum autē cantare est ędificare. Quicq̄d ergo cantaueris de cupiditate vetus cantas. quicq̄d de charitate nouus resonas. Melius est vt nouus taceas. q̄ vt vetus canas. quia si nouus tacueris auribus hominū. auribus dei sonas. hypocrisis cātat canticum vetus. quia paries est dealbat⁹. foris lucet intus lutum est. ¶ Glo. sup ps̄. cxlix. Itaq; qui vult cātare canticum nouū quod est de mysterio redemptionis et reprobamissione ętemitatē ętema diligat vt nouus fiat. Vetus enī homo cantat vetus canticū de terrenis. nouus homo canticū nouū de spūalib⁹. scanticum chantat et pacis. Cantate domino canticū nouū quia mirabilia fecit ¶ Richardus in exceptionib⁹ ij. parte. li. x. Mirabilia fecit in creatione mūdi et redemptione generis humani. In creatiōe mūdi fecit mirabilia creando terrestria celestia ima sūma visibilia et inuisibilia corporalia et spūalia. Mirabilia quoq; quotidie facit ordinēdo visibilia in elementis et elementata. simplicib⁹ et compositis. et causis et effectibus in naturis et formis. in figuris et coloribus. in vegetatione germinantiū et fęcūditate generantiū. Fecit autem mirabilia in redēptione generis humani carnem assumēdo esuriendo sitiendo mirabilia faciendo patiendo moriēdo resurgēdo ascendendo gratias sanctis spūs tribuēdo culpas condonādo. impios iustificādo. miseros beatificādo: Ergo cantate canticum nouū quia mirabilia fecit. Nouus canticum noua vita. vetus canticū vetus vita. noua vita iustitia. vetus vita culpa. Nostro tribus modis distinguitur cantus. grani. acuto. supacuto. Gratia significat vitam coniugatoꝝ. acutꝰ vitam continentiū. superacutꝰ vitas virginū. Qui bene viuit bene cātat. qui male viuit male cātat. quia discordat. Nō nulli quidez christiani sunt noīe. pagani tamen conuersatione. Et q̄uis rectam de deo habeant fidem. mortua tamē est quia non habent operationē. Discordant autem a cantico diuine laudis. q̄ non est speciosa laus in ore peccatoris. Omnes tales cantant vetus canticum quod magis significat tristiciam q̄ gaudium. De huiusmodi laudatoribus scriptum est: Putabāt se habere vasa cantici sicut Dauid. dum enim subtilibus vocibus verba diuine laudis sibilant. et duplici modulamine cantica sonāt vasa cantici se habere sicut Dauid putant quia vere se laudatores esse dei extimāt. Sed vox nō placet quia vita displicet. Nos ergo fratres cantemus dño sicut precepit psalmista dicēs: Ket omnis terra deꝰ. psallite sapiēt̄. Quid est sapienter? Non simus prauis operibus vediti. nō in psallendo verbis ociosis intenti. non vanis respectibus curiosi. non excursu et discursu vagi. Cantemus sicut quidam verificator ait: Omnibus his bonis cantem vox cordis et oris. Vox est grata deo quando non conatur ori. Cantemus igitur dño canticū nouū quia mirabilia fecit. Et non solum quia fecit. sed etiam quia mirabilia factus est. Duo precipua fecit mirabilia: Vnū in creatione mundi: alterum in redemptiōe generis humani. Et facturus est duo. vnū in renouatione creati. alterum in glorificatiōe redempti.

De mysterio pastorum. Glo. super Lucam. Cap. LXXIII

Vt aūt discesserūt ab eis ągeli i celū. pastores loquebātur ad inuicē: Trāseam⁹ vsq; bethleē. vt videam⁹ hoc ągeli credidert̄ de agno ꝺo

testimoniū dederūt. Quoꝝ psona q̄ vilior ad prudētiā eo ꝓciosior erat ad fidē Nam etiam Maria fidē collegit a pastoribus·z ab ipsis ad dei reuerentiā cōgregatus est populus. De his enī mirati sunt que a pastoribꝫ ad illos dicta sūt ¶ **Beda in omel.** Significāt autē mystice pastores ibi gregꝫ doctores ac rectores fidelium animarū. Nox cuius fide vigilias custodiebant super gregꝫ suū·indicat pricula temptationū·a quibus se suosq̄ subiectos oēs qui perfecte vigilant custodire non cessant. Et bene nato dño pastores super gregem suū vigilant·quoniā ille nat⁹ est qui ait: Ego sum pastor bonus·bonus pastor aīam suam dat ꝓ ouibus suis. Sed z tempus iminebat quo idem pastor sūme bonus missis in mundū pastoribꝫ·oues suas longe lateq̄ dispersas atq̄ errabundas ad sp virētia celestis vitę pascua reuocaret·ērū z curaꝫ sūmo pastori ꝓcureret dicens: Si diligis me pasce oues meas. Quod aperiens ait: Cōfirma fratres tuos. ¶ **Gregoꝛi⁹ vbi supra** Quid est autem hoc q̄ vigilantibꝫ pastoribus angelus apparet eosq̄ dei claritas circūfulsit·nisi q̄ illi ꝓ ceteris videre sublimia merent qui fidelibꝫ gregibus ꝓcesse solliciti inueniunt? Pumq̄ super gregem quisq̄ vigilat diuina sup eum gratia largius coruscat. Regē ꝺo natum angelus nūciat·ciusq̄ voci concinūt angeloꝝ chori congaudētes z dicentes: Gloria i excelsis deo. ¶ **Leo papa vbi supra.** Sic igitur in nostrę carnis animęq̄ substantia saluatorem angelicis vocibus didicere pastores z eū agniçandi forma ꝓcōdita ē apud dñicoꝝ gregum ꝓfuleo·vt nos quoq̄ dicam⁹ cū exercitu celestis militię: Gloria in excelsis deo ꝛc. ¶ **Beda.** Transeamus z nos vsq̄ bethleē ciuitatē Dauid cogitando ac recolam⁹ amando et eius incarnationē dignis honorib⁹ celebrando. ¶ **Idem vbi supra.** Trāseamus etiam abiectis carnalibus concupiscentiis·toto desiderio mēt⁹ usq̄ bethleem supernam·id est·domū panis viui non manufactā sed eternam in cęlis·et recolamus amando·quia verbum caro factum illuc carne ascendit vbiq̄ sedet in dextera dei patris·illuc cum tota virtutum instantia sequam⁹·z sollicita cordis ac corporis castigatione procurem⁹ vt quem illi in presepio videre vagientē nos in patris solio mereamur videre regnantem. ¶ **Fulgenti⁹ in sermone de natiuitate dñi.** Vt enī panem angeloꝝ manducaret homo·creator angeloꝝ fact⁹ est homo·vtroq̄ pascens z integre permanens. Ille bon⁹ panis qui z angelos pascit per spēm vt de ipso satientur in patria·z nos pascit per fidem ne deficiamus in via. Ille panis qui seipsum dat angelis ad gaudiū stabilitatis·seipsum dedit hoībus ad remedium sanitat⁹. Et qui angeloꝝ esca·factus est nobis medicina. ¶ **Augustinus in sermone de eodē.** Porro quod oculus non vidit nec auris audiuit·nec in cor hois ascendit eundē ipsum se diligentib⁹ ostensurus ꝓmisit. Quod donec fiat·donec nobis ostēdat quod nobis sufficiat·donec eaꝫ fontem vitę potemus ac satiemur interim salicz dū ab eo pegrinamur ambulantes per fidem·z ineffabili ardore desideramus formę dei pulcritudinē·formę serui celebremus obsequio deuoto natalē. Nōdum contemplari possum⁹ q̄ genit⁹ est ante luciferum a patre: pensemus q̄ nocturnis hor⁹ est natus a virgine. Nōdū capimus quod ante solem permanet nomen eius·agnoscam⁹ in sole positum tabernaculum eius. Nondum contuemur vnicum permanentē in patre·scilicet recordem sponsū ꝓcedētē ꝺ thalamo suo Nondū idonei sum⁹ ꝓnuntio patris nr̄i·agnoscam⁹ ꝓsepe dñi nr̄i Jesu christi

De verbo carnē facto. Beda vbi supra. ¶ Cap LXXIIII

SEquitur. Et videamus inquiūt hoc verbum quod factum est. Hoc verbum er patre natum non factum est· quia dē erat verbum· ꝛ deus creatura non est· in qua natiuitate diuina videri ab hoīb⁹ natura non potuit· sed vt videri posset verbū caro factum est ꝛ habitauit in nob⁹. Videamus ergo inquiūt ꝙ verbū qđ factū est· quia hoc videre nequim⁹· anteq̄ factum esset. ¶ Augustin⁹ in sermone de natiuitate dñi. Infirm⁹ eternum aspectus noster ineffabilē lucis eterne candorem intueri non potest· sed verbum caro factum est· accedens ad nos ꝑ id quod sumpsit ex nostro ꝛ literās nos per id quod manſit i suo. Visitauit q̄p pe dñs seruos per mortalem infirmitatē vt eos faceret liberos per incōmutabilē veritatem. ¶ Idem in alio. Nemo ergo credat dei filium in hoīs filium esse conuersum ꝛ cōmutatū· sed potius credamus ꝛ non consumpta diuina ꝛ assūpta humana substantia manente filius dei hoīs factum. Nec enī ita verbum caro factum est vt deus esse desineret· sed in ipsa carne nobiscū deus emanuel natus est· sicut verbum quod corde gestamus fit vox· cuius id ore proferim⁹· nec tamen in ea cōmutat⁹ sed illo integro ista i qua procedat assumit⁹ vt intus maneat quod itelligatur· ꝛ foris sonet quod audiatur: idem tamen profert in sono qđ ante sonū erat in silentio. Atq̄ ita verbum cum sit vox non mutat⁹ in voce· sed manet in mentis luce ꝛ assumpta carnis voce procedit ad audientē· nec tamē dubitet cogitantē· prius enī ipsa vox intus in silentio cogitat· ꝛ vt inde ꝓcedat loquentis voce vestitur. Verūtn vtrūq̄ ꝙ ꝛ quod dicitur ꝛ quod cogitat⁹ mutabile est atq̄ dissimile· nec illud manebit eum oblitus fueris· neq̄ hoc cū siluer is· Verbū autem dñi manet in ꝛternum· ꝛ cuius ex tempore assumpsit carnem· vt ad vitam nostram procederet temporalem· non in carne amisit ꝛternitatē· sed carni ꝓstitit imortalitatem. Sic ergo tanq̄ sponsus de thalamo suo ꝓcessit· qui cuius in forma dei esset· non rapinam arbitratus est esse se ꝙualem deo· sed vt ꝓpter nos fieret quod non erat· semetipsum exinaniit· non formam dei perdens· sed formam serui accipiens· ꝛ per hanc in similitudinē hominū factus· nec ꝓpria substantia sed habitu inuent⁹ est vt homo. Hoc enī quod vel in aīa vel in corpore sumus nostra natura illi⁹ habet⁹. Nos quippe nisi hoc essemus· non essem⁹. Ille deo etiā si hoc non esset· esset vtiq̄ deus. Et cum esse cepit quod non erat homo factus est permanēs deus. ¶ Leo papa in sermōe de natiuitate dñi Sicutq̄ verbum caro factum est ꝛ habitauit in nobis. In nobis vtiq̄ quos sibi verbi diuinitas coaptauit· cuius caro de virginis vtero sumpta nos sumus Quē si de nostra· id est· vere hūana nō esset· verbū caro factum in nobis nō habitasset. In nobis autē habitauit qui naturam corporis nostri suam fecit· edificante sibi domū sapientia non de q̄cūq̄ materia· sed de substantia ꝓpria nostra. Cuius assūptio manifesta est vt dictus est: verbum caro factum est.

De ipsius verbi imensi abbreuiatione. Bernardus in sermōe de natiuitate dñi. Cap. LXXV

ITaq̄ secūm Esaie prophetiam· verbum abbreuiatū fecit deus pater super terram. Vultis nosse q̄ longum q̄ breueq̄ fecit verbum: Celum inquit hoc verbum ꝛ terrā ego impleo. Nūc aūt caro factū in angusto locatū est ꝓsepio. A spacio

ait ꝓpheta ⁊ in seculum tu es deus. Et ecce factus est infans dici vnius. Vt qd autem se sic abbreuiare voluit dñs maiestatis· nisi vt nobis formam daret humilitatis? Hinc etenim ait: Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. Quid enim magis indignū· quid amplius detestandū· quid grauius puniendū· q̄s vt videns deum celi paruulum factum· apponat vltra magnificare se homo super terram? ¶ **Petrus Raucū· epūs** Ipse ē ꝟbū abbreuiatū sup terrā abbreuiatū· in mūdo ī vtero· in patibulo· ī sepulcro. Nam quia magister ⁊ grāmaticus fuit· cum in passione sua ꝓncipiū vite eterne quod tetragmaton sonat reddit grammatice ꝓcedens in verbo abbreuiato· id est· deponenti declinauit. Verbum substantiuū est deus in patre· adiectiuū deus in carne· actiuum in rerū creatione· passiuū in passione· neutrū in trāsfiguratiōe· vel q̄ nec pur⁹ deus nec purus homo sed deus ⁊ homo. Deponens deus ⁊ homo in humilitate vel de cruce depositus in sepulcro. Verbū adiectiuū dñs verbum incarnatum· cuius ꝓsens tempus fuit q̄n fm promissa in carne ꝓsens apparuit. Imperfectū ꝟo q̄n legem dedit ⁊ se nobis promisit. Perfectum autem cum plenitudo temp⁹ venit· ⁊ corpus mortale suscepit. Cum ꝟo quod mortale erat factum est immortale plusq̄ perfectum temp⁹ aduenit. Cuius autem indicare venerit futuri temporis plenitudinē nobis exhibebit. Indicatiuo modo verbum vite vti voluit in operum exemplis ⁊ doctrina spūali. Impatiuo in ꝓceptis ⁊ miraculis. Optatiuo in deuotione orationis ⁊ desiderio nostre salutis. Comūctiuo in vnione anime ⁊ carnis ⁊ in cōfederatione vtriusq̄ substātie· in copula qua copulat ima summis. Infinitiuo in distributione glorie que nullo terminat fine. Vtitur ⁊ impsonali modo· quia omnes ad se vocat. nec est apud eum personarum acceptio. Herundino vsus est vt puto medic⁹ q̄n volucres nostros portauit. Hugutio ꝟo quando se Marie ⁊ Joseph supposuit. ¶ **Hilo· super epistola ad Romanos· ix· cap·** Quis quibus deus hominibus aliter ante verbum breuiatum fecit dñs super terram· id est· ens in terra factum homo fecit euangelij breue verbum qui prius fecerat verbum legis prolixum· quod scilicet verbum dicatur consumans eo q̄ ad perfectionē ducit. Dicitur ⁊ abbreuians eo q̄ omnia legalia in vno Christo abbreuiādo perstringit· vt compendio fidei per gratiam homo saluetur· non ꝓpter inumeras obseruātias quibus ille populus seruiliter p̄mebat. Vel verbū consūmatū ⁊ breuiatum est charitas· q̄n in duobus mandatis vniuersa consūmat ⁊ abbreuiat. In his enī vniuersa lex pendet ⁊ ꝓpheta.

De stulticia diuine sapientie. Origenes super Hieremiam omel· v· Cap LXXVI

In comparationē quidem illius celestis sapiēcie que mundi limitem excedit· fatuus dei est hoc qđ ad homines descēdit· qđ tamen sapientius est hominibus. Non enim dei sapientia dignaretur ad mundi sapientiam conuincendā tota descendere· sed potius modicum quod necessarius erat quod dei fatuū erat vt hoc paruo ⁊ fatuo dei infatuaret sapientia seculi· magnitudinē ī se venētis sapiētie nō valens sustinere. ¶ **Hieronym⁹ in li· de nib⁹ virtutibus.** Via veritas ꝓtraria me⁹ saluator ⁊ dñs assūpsit· vt ꝓtraria ꝓtrarijs dissoluat· ⁊ ab ei⁹ infirmitate ꝓfirmem· ⁊ ab ei⁹ stulto sapiētes efficiam· in q̄s introducti ad Christū dei ꝟtutē ⁊ dei sapiam ascēdam⁹. ¶ **Hugo in libro opusculorum.** Deus nimirum in sapientia sua cognosci non potuit donec q̄si despuit ⁊ indigna

suscepit·ibiq; sapientiã mũdi destruxit.

¶ Idem super hierarchiã. Fuit enĩ quędam sapientia quę sapientia videbatur his qui veram sapientiam nõ nouerant. Hanc inuenit mundus ⁊ cepit inflari·fecitq; sibi scalas specĩe creaturę vires ad mirabilia dei. Itaq; per ea quę nota erant in puro corde in ea quę abscondita erant ire se putauerũt·possibilem virtutem in mendacia figmentoq; suorum mente cozuerũt. Ideo stultam fecit deus sapientiam huius mũdi·qua non potuit inueniri sapiẽtia dei· ⁊ monstrauit aliam sapientiã quę stultitia videbatur: vt humilitate veritas quęreret' veraq; sapientia per eam inueniret'. Ꝟz mundus modicum desperit ⁊ ideo verũ agnoscere nõ potuit. Opera namq; dei quę miranda fecerat cõtemplari voluit ⁊ quę ꝓposuit imitãda veneran noluit Non enim morbum suũ attendit vt pia deuotione medicinã quęreret· sed ỹ falsa sanitate pęsumeno se dedit in vana curiositate· aliena inuestigaret. Itaq; dum proficere videbatur extra se defecit in se·nec inuenit illum qui erat supra se. Sed ꝓposuit estimationes de illo quas ne verum ignorare videretur concepat corde superbo. Hic est in via erroris cõtra verum plurima ⁊ excellenti maiestati deformia scissus vt error fieret manifestus. Prius enim verum aliqd̃ videbatur magnũq; videbatur sed erant densę tenebręq; ⁊ caligo profunda ignorantię· vbi laqueus erroris in captionem superborum ponebatur. Itaq; nouissime successit fallitas cum debuisset consũmari veritas. Assumpserunt enim species visibiles simulacra diuinoz; vt per ea quę videbãtur inuisibilia viderent·⁊ erat ibi quidẽ aliquid simile·sed de longe quod quęrebatur ostendens·nec lucem oculis caligantibꝰ ingerens. Natura enim ad seruitutem conditaq; creatorez suũ demõstrabat·sed ad excellentem maiestatẽ similitudo peregrina erat·nec in his hominibus illa natura quę docenda fuerat inuenire potuit euidentem declarationẽ·quã ⁊ ipsa sana non erat vt multum clarescere ret in contemplationẽ. Non enim habebat quę per gratiam exemplaria formabantur ad sanitatez visionis intimę·nec arcam sapientię nouerat ⁊ conditorum thesauroz verbi scilicet ęterni carnem in Jesu christi hũanitate·sed naturali solo documento vtens acie ligpenti lumẽ nubilum ambiguũ adducẽs in req; creatarũ cõtemplabatur specie·ꝓpter ỹ euanuerunt dum mente transire volebãt ea quę sola nosse acceperãt ⁊ palpãtes estimationibus ad ea quę videre non poterant inuenti sunt ceci qui se videre putauerant·quia dignũ erat vt confunderẽtur in fumis qui de inferiorum cognitione superbi erant.

De infatuatione mũdanę sapientię. ¶ Cap. LXXVII

Itaq; duo sunt sacra erãt hominiꝓposita in quibus inuenire posset inuisibilia·videlz vnã naturę ⁊ alterum gratię. Simulacrũ naturę species erat huius mũdi·simulacq; gratię humanitas verbi. In vtroq; deus monstrabatur sed in neutro non intelligebatur. Natura siquidem artificez sua specie demonstrauit·sed oculos cõtemplantis illuminare nõ potuit·humanitas autem verbi ⁊ medicina fuit·vt ceci lumen reciperent ⁊ doctrina pariter vt videntes veritatem agnoscerent·lutum et sputo fecit ⁊ oculos ceci linuit·⁊ lauit ⁊ vidit·ac deinde videnti ⁊ non cognoscenti·ait: Ego sum·⁊ qui loquitur tecũ ipse est filius dei. Prius ergo illuminauit postea demonstrauit. Natura enĩ vt dictum est demonstrare potuit sed illuminare non potuit. Itaq; per simulacra naturę creator tũ significabatur. In simulacris vo gratię deus presens ostendebat. Illa·n·opat' ẽ vt intelligeret' eẽ

In istis autem operat⁹ est vt agnoscere ur ꝑsens esse. Hęc ē ergo distātia theologię mūdanę a diuina. Impossibile nimirū est inuisibilia demōstrari nisi p visibiliū ostensionem. et ob hoc oīs theologia visibilib⁹ demōstrationib⁹ vti necesse habet inuisibiliū declarationē. Ps mundana theologia vt diximus opera conditionis assumpsit. ⁊ elemēta huius mundi creata fm speciem. vt demōstrationē suā in illis faceret. Theologia vo diuina opera restauratiōis elegit fm humanitatē Jesu christi. ⁊ sacramēta eius quę ab initio fiunt. naturalib⁹ quoq; p modulo subiunctis. vt in illis eruditio / nem conformaret. Maior autem declaratio in sacramētis gratię ⁊ carne verbi ⁊ mystica operatione ipsius ostenditur q̄s naturali rerum specie ꝓdicetur. Et ideo mundana theologia parū cuidēti demonstratiōe vteno. non valuit incōprehensibilē veritatē sine contagione erroris educere. quaꝫ diuina nouit theologia simplici ⁊ pura assertione prędica re. ¶ Gregorius nazanzen⁹ de plaga grandinis. Hanc ergo collaudo sapientiā ⁊ hanc complector per quam ignobiles glorioſi facti sunt. ⁊ per quam abiecti ad honores venerunt. ⁊ in qua piscatores vniuersam terram retib⁹ euangelij conduserūt. ¶ Leo papa in sermōe de natiuitate dñi. v. Nam quia sicut ait apostol⁹. In sapientia dei non cognouit mūdus deum per sapientiā. placuit deo saluos facere credentes per ꝑdicatiōis stulticiam. Pūdo ergo. id est. prudentib⁹ mundi sapiētia sua cęcitas est facta. quia nec potuerunt per illam cognoscere deum. ad cui⁹ notitiā non accedit nisi in eius sapiētia. Et ideo quia mundus superbiebat d̄ vanitate suoꝝ dogmatū. dñs in eo fidem constituit saluando q. quod ⁊ indignuꝫ videretur ⁊ stultū. vt deficientib⁹ omnibus opinionū ꝓsumptionib⁹. sola dei gratia reuelaret. quod humana intelligentia cōprehendere nō valeret. Agnoscat ergo fides catholica gloriam suam in būilitate oī. ⁊ d̄ sacramētis suę salutis gaudeat ecclesia quę corpus est Christi quia nisi verbum dei caro factū in nob habitaret. nisi i coione creaturę creator ipse descenderet. ac vetustatē humanaꝫ ad nouū ꝓncipiū sua natiuitate reuocaret. mors ab Adam vsq; ad finē regnaret. ⁊ super omnes homines indissolubil condemnatio permaneret. cū de sola cōditione nascēdi vna cunctis esset causa peundi. Itaq; solus inter filios hominū innocens natus est dñs Jesus christus. quia solus sine carnalis ꝓcupiscentię pollutione conceptus. homo nīi generis est factus. vt nos diuinę naturę cōsortes esse possimus. Originem quā sumpsit in vtero virginis posuit in fonte baptismatis. Dedit ⁊ aquę qd̄ dedit matri suę. Virtus enī altissimi ⁊ obumbratio spūssancti quę fecit vt Maria pareret saluatorem. eadem facit vt regeneret vnda credentem.

Q verbum inuisibile factū est visibile. Beda vbi supra.

¶ Capitulum LXXVIII

Transeam⁹ igitur vt dictum est vt videam⁹ hoc verbū quod factum est. Qd̄ vtiq; fecit dñs. ⁊ ostendit nob. hoc est incarnari fecit. ac per hoc visibilē nobis exhibuit. ¶ Bernardus in sermōe. Erat siquidem verbū apud deū in ꝓncipio. ⁊ dicebat dñs ab initio: Ego cogito cogitationes pacis. Dicęs cognouerat sensū dei vel cogitatiōes maiestat. Descēdit igit cogitatio pacis in op⁹ pacis dñi. Verbum caro factū ē ⁊ habitabit i nob. Habitat nūc plane i cordib⁹ nr̄is ꝓ fidē. habitat i mēoria. habitat i cogitatiōe. ⁊ vsq; ad ipsaꝫ descēdit imaginationē. Quid enī p⁹ hō de inuisibili ⁊ inaccessibili deo cogitaret nisi forte idolū corde fabricaret. ⁊

Nunc ante volunt comprehendi videri cogitari. Quonā mō: in presepio iacēs in virginali gremio cubās. in mōte prēdicās. in oratione pnoctās. in cruce pendens. in morte pallens. sic incōprehēsibilis voluit cōprehēdi. inercogitabilis cogitari. ¶ Idē in alio. Hoc enim verbum in sublimi constitutū. ut ad nos descenderet. ppia benignitas inuitauit. misericordia trahit. veritas qua se venturū promisit cōpulit. puritas vteri virginalis suscepit. salua virginis integritate. potētia eduxit. obedientia in oībus reduxit. patiētia armauit. charitas verbis z miraculis manifestauit. Hoc verbū patris angelus Gabriel a deo missus eructauit per aurē in ventrē ipsius virginis. ut eadem via intraret antidotū. qua intrauerat venenū. Et sic sicut dicit ab euangelista Johāne: Vidim⁹ gloriā eius quasi vnigeniti a patre. Totū enim qd de corde patris christus abstulit nobis patriā esse. phas. ut nihil in filio dei nisi dulcor generis hūani trepidatio suspiceret.

Idē i epistola ad Henricū. Hoc audit verbā si apprehēdere cupis. audiens illud sequēdo qz legēdo consequi poteris. Quid enim verbū in verbo queris. qd iā caro factū prēsto est oculis? Jam de latibulo ppbetarum egressum est ad oculos piscatorū. Jam de mōte umbroso z condenso pfilgit in campū euangelij tanqz sponsus e thalamo suo. ¶ Aug⁹ in sermone de natiuitate dñi. Porro verbū illud a patre sempiterne natū esse cogitem⁹ si valemus. si non valemus credamus. Non est ḃ qd credere volumus sed tū haud lōge positū ē ab vno quoqz nostrū. in illo quippe viuimus mouemur z sumus. Transcēdam⁹ carnē nostram in qua parentes aī filios viuūt. quia ut filios generare possent creuerunt. z filijs crescentibus iam senescunt. Nondū nati filijs parentes vixerunt. quia z parētib⁹ mortuis filij victuri sunt. parū z ipse aliquid cogitādo qd secū būt sciēdo amittunt obliuiscēdo. qz nō z habebant ante nascēdo. Cūcta corporalia tpalia mutabilia trāscēdam⁹ ut videamus sup oīa per quē facta sunt oīa. Ascēsus nr̄ i corde nostro est. quia z illud quo ascēdim⁹ ppe est. longe aūt ab illo sumus. inq̄tum dissimiles sum⁹. Ascēdit igit ad eū similitudo quā in nobis fecit z reficit. quia nōdū perfecta palpitat infirm⁹ aspectus. z ineffabilē lucis candorē intueri nequit.

Qualiter pastores puerū natū inuenerunt. Beda vbi supra. ¶ Cap. LXXIX.

Pastores itaqz venerunt festinātes z inuenerunt deū hominē natū. simul z eiusdē nationis ministros assistētes. festinemus z nos fratres mei nō passibus pedū. sed bonoū pfectib⁹ opē. z eandē videre gloriosi. cū bū anitatē cū eisdē ministris digna seruituti suę mercede remuneratis: festinem⁹ illud videre in diuina patris ac sua fulgente maiestate. Tāta quippe beatitudo non est cū desidia z torpore quērēda. sed alacriter christi vestigia sunt sequēda. Nam ipse cursū nostr̄ data mānsuetudine desiderat iuuare. delectaturqz a nob audire: Trahe me post te ꝛc. Cursus ergo virtutū gressibus sequamur. ut cōsequi mereamur. Nemo cōuerti ad dñm differat. ipsumqz p oīa z ante oīa deprecem⁹. vt gressus nostros dirigat. ¶ Bernū. i sermone de natiuitate dñi. Notandus ꝛo q pastoribus legit fuisse dictum ab angelo: Inuenietis infantē pānnis inuolutū. z positū in presepio. Et p⁹ pauca dicit euāgelista: Inuenerūt Mariam z Joseph z infantē positū in presepio. Quid q sola būilitas videt ab angelo cōmendari. nec sola tū a pastorib⁹ inueniri? Forte speciali būilitatē commēdat. quia ruentibus ceteris p superbiā ipse in būilitate steterat? Aut certe ppterea celitus annūciat humilitas. qz ḃ qsi ppria virtus diuine maiestati digne erubescat. Sola tū non potuit inueniri. qz

semper humilibus datur gratia. Inuenerunt ergo Mariam ⁊ Joseph ⁊c. Sicut enim saluatoris infantia manifestaꝫ ꝓtendit humilitatē·sic ꝓ virginē cōtinētia·iusticia per Joseph virū iustum·cuius laus est in euangelio·non incōgrue designatur. Sane continentiā veteri carni quis nesciat? Justicia ꝫo virtus est qđ suū est cuiq; tribuens·⁊ hec erga proximos ē necessaria. Potro humilitas deo nos reconciliat·deo facit esse subiectos·deo placet in nobis·ait virgo beata: Respexit de⁹ humilitatē ancille sue. Itaq; qui fornicatur·peccat in corpus suū·qui iniuriosus est in ꝓximū·qui extollit' ⁊ inflatur in deū. Fornicator semetipsuꝫ deonestat. Iniuriosus molestat ꝓximuꝫ. Elat⁹ q̄tū in se est deū inhonorat. Gloriam meā ait dñs alteri nō dabo. Et superbus inquit: Mihi eā licet non deberi vsurpabo. Nō n placet ei ā gelica distributio dās gloriā deo·pacē hoibus. Nō g colit deū ⁊ aduersus deum extollit' impius plane ⁊ infidelis. Quę enim pietas nisi cultus dei? Quis vero deū colit nisi qui volūtati eius subiectus est? Et sic oculi serui ꝫ in manibus dñi ꝫ suorum·sic oculi cordis eius ad dñm deū suum. Vt ergo inueniat in nobis semper Maria ⁊ Joseph ⁊ infans positus ī ꝓsepio sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuam⁹ in hoc seculo.

Qeundem cognitū ꝓdicauerunt. Beda vbi supra.

¶ Capitulum LXXX.

Videntes cognouerunt de verbo qđ dictū erat illis de puero. Et nos ergo que dicta sūt nobis de saluatore nr̄o ꝫo deo ⁊ homine festinem⁹ interim pia fide ꝓcipere plenaq; amplecti dilectione· vt hec ī futuro ꝓfecte ꝓgnitionis visu valeam⁹ cōꝑhēdere. Hec etenī sola ē ⁊ ꝫa beō ꝫ nō solū hominū·sed etiā angelo ꝫ vita·facie sui creatori perpetuo videre· quā ardent' psalmista desiderabat q̄ dicebat; Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū·qn̄ veniā ⁊ apparebo añ faciē dei. Cui⁹ sol⁹ visione·nō ante vlla terrenarū affluētia rerū desiderū suū saciari posse signauit·cum ait: Saciabor cū apparuerit gloria tua. Verū·q; non ociosi vel desides·sed virtutū operib⁹ insudātes diuina sūt digni cōtemplatiōe·ꝓmisit sollicite: Ego au tē in iusticia apparebo ꝓspectui tuo. Videntes ergo pastores cognouerūt de verbo qđ erat illis dictū de christo·quia visio dei est eius cognitio. Et hec est sola beata hoīs vita·ipso apostolo attestante·qui nos patri cōmendās·ait inter cętera: Hec est aūt vita ętna vt cognoscant te solū verū deū·⁊ quē misisti iesum christum. ¶ Glo. sup Lucam. Et oēs qui audierunt mirati sūt·⁊ de his q̄ dicta erant a pastorib⁹ ad ipsos. Mirabāt siquidē mysterio ī carnatiōis dñice·⁊ de tāta pastor ꝫ attestatiōe q̄ fingere in audita nesciret·sed facūdia simplici vera ꝓdicaret. Nec est ꝓpendēda pastorū attestatio·qm̄ ⁊ dñs in veteri testamēto dispensatiōis sue nūcios pastores ordinauit. Sic ⁊ī nouo piscatores ad euāgeliçandū destinauit. ¶ Beda vbi ō. Itaq; non celauere silentio pastores arcana q̄ diuinitus agnouerant·sed q̄buscūq; potuere dicebāt. Nā ⁊ spūales ecclesię pastores in ꝑ maxime ordinati sūt vt verbi dei mysteria ꝓdicēt·⁊ mira que didicerint in scriptur' mirāda suis auditoribus indicent. Nec solū epi presbyteri·diacones vel etiam rectores monasteriorum·pastores intelligendi sunt·sed ⁊ oēs fideles qui vel paruule dom⁹ sue custodiam gerunt·pastores recte vocāt'ur·inq̄tū eidem domui sue sollicita vigilātia ꝓsūt. Et quicūq; saltē vni vel duobus fratribus quotidiano ꝓsest regimini·debet eiusdem pastoris officium implere·quia iubetur inquātum sufficit bos verbi dapibus pascere. Imo ꝫo vnusquisq; qui etiam priuatus creditur vinere·pastoris officium gerit·⁊ spiritualem pascens gregem vigilias noctis sup illū

custodit·si bonoꝝ actuũ ꝛ mũdanꝝ cogitationũ sibi multitudinẽ aggregat· Hec iusto moderamine gubernare celestibus semperanꝝ pascuis nutrire quigilisq; sollertia cõtra immũdoꝝ spirituũ insidias seruare ꝓtẽdit. Maria aũt ꝑpendebat oĩa verba hec cõferens in corde suo. Cõferebat ea que acta videbat his que agẽda legebat. Videbat enĩ se iuxta Esaiã de stirpe Dauid ortam·in nazareth de spũ sancto filiũ dei ꝓcepisse. Videbat se inꝛ Bethleem saluatorẽ ĩsũ q; eternus ex pie deus ante secula natus ẽ·in bethleem peperisse. Videbat se virginẽ cõcepisse·filium peperisse, Videbat dñm in presepi positũ·quo bos ꝛ asinus solet nutriendꝰ aduenire. Audierat virtutes angelicas que sunt filiꝫ sion·i·supne ciuitatis apparuisse pastoribus in loco qui a conuentu pecoꝝ antiquitꝰ turris gregis vocabat ꝛ ẽ vno miliario ad orientẽ a bethleẽ·ibi nãc etiã ĩ ecclesia tria pastoꝝ illoꝝ monumenta monstrantur. Conferebat ꝙ Maria ea ꝙ fienda legerat his que iam facta cognouerat. Non tñ hoc ore promens·sed clauso in corde seruans· ac vigili mente sedula scrutans. Virginalis enĩ pudicicie iura custodiẽs·secreta christi que nouerat ·nemini diuulgare volebat·si ipsũ hoc quãdo vellet ꝛ quõ vellet diuulgare reuerenter expectabat.

¶ Qsuper his deum glorificauerunt. ¶ Cap. LXXXI.

Reuersi sunt pastores glorificantes deũ ꝛ laudantes in omnibus que viderunt ꝛ audierunt. Discamus ꝛ nos fratres charissimi a cõtemplatione dispẽsationis dominice·qua nobis pie subuenire dignatus est ad agenda semꝑ bñficia ei⁹ gratias referri. Si enĩ illi sola ei⁹ adhuc cognita natiuitate·reuersi sunt glorificantes ꝛ laudantes deũ in his que audierãt ꝛ viderãt oĩbꝫ·quãto magꝭ oportet nos qui totã incarnationis eius seriẽ ex ordine cognouim⁹·qui sacramentis illius imbuti sumus·nõ solũ verbis·sed etiam factis predicare gloriã ꝛ laudẽ eius in oĩbꝫ Nec vnq̃ obliuiscꝫ ꝙ iõ de⁹ hõ fact⁹ est· vt nos ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ suã diuinitꝰ renascẽdo cõficeret. Ideo aqua bapticat⁹·vt ad nostroꝝ sceleꝝ ablutionem aquarũ omniũ fluenta secundaret. Ideo etiã in deserto temptat⁹·vt tẽptatorem vincendo nobis quoq; vincendi peritiam ac fructũ tribueret. Ideo mortu⁹ vt mortis imperiũ destrueret. Ideoq; surrexit ꝛ in celũ ascendit vt nobis a mortuis resurgendi ꝛ in celestibus perpetuo regnandi spem·et emplumaq; tribueret.

Leo papa in sermone de natiuitate domini. Agamus igit̃ gr̃as dilectissimi deo patri ꝑ filiũ eius in spiritusancto ꝓpter multã charitatẽ suã qua dilexit nos ꝛ misert⁹ est nr̃i. Et cum essemus peccatis mortui conuiuificauit nos ut essem⁹ nouã creatura·nouũq; figmẽtum in ipso. Deponamus veterẽ hominem cũ actibus suis·ꝛ adepti generationis christi ꝑticipationẽ renũciemus carnis operibus. Agnosce dignitatẽ tuã o christiane·ꝛ diuine consors factus nature in veterẽ vilitatem noli degeneri conuersatione recidere. Memento cuius capitis ꝛ cuius sis mẽbrũ corpor̃. Miserere quia erutus de potestate tenebrarũ translatus es in dei lumẽ·ꝛ regnũ per baptismatis sacramentum·spũsancti factus es templũ. Noli tñ habitatores pravis de te actibus effugare·ꝛ diabolo te iterũ seruituti subijcere·quia pretiũ tuũ sanguis christi est·quia ĩ veritate iudicabit·quia misericorditer te redemit. ¶ Aug⁹ in sermone de natiuitate dñi. Expergiscere nũc homo·pro te deus factus ẽ homo·Surge q̃ dormis ꝛ exurge a mortuis ꝛ illuminabit te christus. In eternũ mortu⁹ esses·nisi in ꝑ nat⁹ esset. Nũq; liberaret a carne peccati·nisi suscepisset similitudines carnis peccati. Perpetua te possideret miseria·nisi fieret hec misericordia. Non rem̃isses nisi tue morti

conmenisset·perisses nisi venisset. ¶ **Fulgentius in sermone de eodem** Magnum vtiq; mysterii·magniq; diuine dilectionis indiciū·homo reā contemnens a deo discessit·deus hominem diligens ad hominē venit. Dilexit impium ut faceret iustum. Dilexit infirmum vt faceret sanū·Dilexit peruersū·ut faceret rectū. Dilexit mortuū·ut faceret viuū. Et quid amplius dicā·quando quidem deus vnigenitus humanā naturaz tūi dilexit ut eā non solū a potestate mali angeli liberaret: verū etiam in seipso super omnes bonos angelos in patris dextera collocaret: Natura enī quę in primo homīe a malo angelo captiuata fuerat·ipsa nūc ī secūdo homine mundū a peccato mundauit.

¶ De magnitudinis huius beneficij pensatione. Leo papa i sermone de eodem.

¶ Cap. LXXXII

TAcęq semper quidez diuersis modis multisq; mensurį humano generi bonitas diuina consuluit·z plurima ꝓuidentię suę munera cūctis retro seculis clementer impertijt. Sed in nouissimis tēporibus omnē abundantiā solitę benignitatis excessit· cum ipsa in christo misericordia ad peccatores·ipsa veritas ad errantes·ipsaq; ad mortuos vita descendit·ut verbū illud genitori coęternū z ęquale in vnitatem deitatis suę naturā assumeret humilitatis nostrę·z deus de deo natꝰ idem etiā hō nasceretur de homine. Hoc quidem a cōstitutione mundi ꝓmissū z multis significatiōibꝫ rez atq; verboꝝ semp fuerat ꝓbatū. Sed quantā hominū portionē figuraruz illarū atq; mysteriorum fides obumbrata saluaret·nisi longa z occulta ꝓmissa suo aduentu christꝰ impleret·z ꝙ tunc paucis credentibꝫ profuit faciendū·innumeris iam fidelibꝫ prodesset effectū: Nos iam ergo nō signis. nō imaginibꝫ ad fidem ducimur·sed euāgelica historia cōfirmati·qđ factum credimus adoramus·accedentibus ad eruditionem nostrā ꝓphetię instrumētis ut nullo mō habeamꝰ ābiguū·qđ tāt oraculis scimus esse ꝓdictū. Exultent igit in laudē dei corda credentium·z mirabilia eius cōfiteantur filij hominū·qui in hoc ꝓcipue dei opere humilitas nostra cognouit·quāti eam suus conditor estimauerit. Qui cum origini humanę multū tribuerit·qđ nos ad imaginē suā fecit· reparationi nostrę longe amplius tribuit·cū seruili formę ipse se dīs coaptauit. Quāuis enim ex vna eadēq; pietate sit quicquid creaturę creator impendit·minus tū mirum est hominē ad diuina ꝓficere·ꝙ deū ad hūana descendere. Hoc aūt nisi dignanter oīpotēs faceret· nulla quemq; speciem iustitię· nullaq; forma sapientię a captiuitate diaboli z a ꝓfundo ęternę mortis erueret. Condemnatio enim ex vno in omnes cū peccato trasiens permaneret·z ętali vulnere tabefacta natura nullū remedium reperiret·qz ꝓditionē suā suis viribꝰ mutare nō posset. ¶ **Maximus in sermone de eodem.** In aduentu aūt dīnico solusꝰ est omnis metus paternę ꝓuaricatiōis quę dudū circūuenta mortalitas incurrit fraudibus diabolicis. Adest enī nobis celi terręq; iudex·q; recluso chyrographo delictoz nostrū miseratus absoluit reatum. Adest dīs ille qui nostris a cernicibus iugū captiuitatis antiquę memorē mūdi ętificat ęterna libertate. Adest rex ille māsuetus·qui per totius orb spacia celestis iustitię gressibus incedat·z superbientē furentis inimici tyrannidē sedat. ¶ **Bernū in sermone de natiuitate domini.** Benedictus ergo deus pater misericordiaz z deus totius cōsolationis·qui ꝓpter nimiam charitatē suā qua nos dilexit·filium suuz dilectum nobis misit·in quo ei bene cōplacuit·per quē reconciliati pacē habeamꝰ ad eum·idēq; nobis huiꝰ reconciliatiōis

mediator ꝛ obses sit. Nō est qđ vereaſi sub tā pio mediatore. Nō est qđ de tā fi-
do vadē obside. Sed qual' mediator est inquies qui in stabulo nascit' in p̄sepio ponit' pannis involuit': plorat ut ceteri infans denicꝫ iacet ut ceteri. Magnus plane mediator ē ꝛ in omnib' quę ad pacē sūt non pfunctorie sed efficaciꝫ p̄uidet. Infans quidē ē sed ✠bū ifans-
cuius nec ipsa quidē infantia tacet: Cōsolamini consolamini dicit dñs. Dicit' emanuel nobiscū deus. Clamat boc stabulū clamat presepe clamāt panni clamant lachrymę clamat stabulus curando sese homini qui in latrones inciderat preparī clamat presepe eidem homini q̄ iumentis cōpatus fuerat pabulū ministrari clamant lachrymę clamāt panni eiusdē ipsius cruēta vulnera ablui ꝛ detergi. Nullo siquidē bon̄ exhibitus egut nihil bon̄ illi ꝓpter se magis aūt oīa ꝓpter electos suscepit. Verebūtur filium meū ait pater misericordiaꝫ. Plane reuerentur eū nō iudei ad quos est missus sed electi ꝓpter quos missus. Reuerem̄ cum nos in presepio reueremur in patibulo reuerem̄ in sepulchro. Deuote suscipimus teneru ꝓpter nos cruentū ꝓpter nos pallidū ꝓpter nos reuerem̄ sepultū ꝓpter nos. Deuote adorem̄ cum magis deuote cum sancto symeone amplectimur infantiam saluatoris.

¶ De pueri iesu circumcisione. Idē i sermone de circumcisione. ¶ Cap. LXXXIII.

Pro verbum abbreuiatum in carne ampli' abbreviatum est etiā carnis suscepta circūcisione. Minorat' paulomin' ab angelis dei filius bonā naturaꝫ induit ē iam nec ipsū respuēs bonę corruptiōis remediū plane multo minorat' ē ab eis Habem' ꝛ magnū fidei documētum ꝛ manifestū būilitatis exemplū. Ad quid enī o dñe iesu circūcisio necessaria tibi q̄ nec peccatū cōmisisti nec cōtraxisti? Qđ ipse ne feceris ꝓtas manifestat qđ nō cōtraxeris multo certi' ꝛ patris diuinitas ꝛ mris integritatē p̄bat. Sumus sacerdos es quē nec sup mre nec sup p̄re contaminandū ꝓbatū est in lege potius q̄ mandatū. Est n tibi pater ab eterno ē de' in quē peccatū nō cadit. Est ꝛ mater et tpe ē virgo nec in corruptio corrupte lā parere potuit. Sup hec oīa circūcidit' puer agn' sine macula. Et si nō egnit tñ circūcidi voluit nec vllā quidē refugiū vulneris refugit. Nō sic impij nō sic elationis būanę puersitas agit. Ligaturā vulnęr erubescimus qui gloriam interdū etiā de vulneribus. At is quem nemo pōt arguere de peccato peccati remediū ꝛ verecūdiā pariter ꝛ austeꝫ sine vlla necessitate suscepit nec cultrū lapideū repulit in quo solo vetus illa quę eraderetur rubigo nō fuit. Nos ecōtra inuerecūdi ad obscenitatē culpę erubescim' p̄nitētiam agere qđ est extremę dementię male in vulnera ꝓni pēnis in remedia verecundi. Ecce qui peccatū nō fecit non dedignatus ē se peccatorē reputari nos aūt esse volum' ꝛ nolum' estimari. Ita ne sano medicina ē opus ꝛ nō male habentibus? Imo ✠o ita ne eget medicamine nō eger sed medic'? Quis boīuꝫ q̄ñimiter manū circūcidēti admitteret tāte sibi nō dicā glorię sed vel innocentię cōscius? Ihesus ✠o patiēter quę non rapuit exoluebat qui purgationeꝫ delictoꝝ facere nō suscipere venerat. Dꝫ dices. Quid ni suscipere puu'? Imo ✠o quid ni suscipet humilis ꝛ mansuetus? Quid ni obmutescit coram circūcidente qui coram tundente obmutuit coraꝫ crucifigente siluit? Alioquin nō illi erat difficile carnem suam integram conseruare ne scinderetur qui fecerat ne virginalis uteri porta in exitu suo aperiretur? Nō erat difficile parulo p̄hibere ne caro illa circūcideretur quādo nec mortuo fuit difficile custodire ne corrumperetur.

De causa circūcisionis ĩstitute. Idē iij. ¶ Cap. LXXXIIII.

IPse quidē ab initio deus acceptauit modum ⁊ nihil vnq̄ illi ꝙuitati placuit ĩmoderatū. Hinc ē ꝙ nō mō ĩ pondere ⁊ mēsura ⁊ numero vniuersa cōdidit · sed ipse quoq; ꝑtinus boī cōdito modū ꝓscripsit · mādatū cōtulit dicēs : Ex oī ligno paradisi comede · sed nō de ligno sc̄e boni ⁊ mali. Leuissimū plane mādatū erat · ⁊ larga oīo mēsura. Sed trāsgressus ē bō ꝓscriptū sibi modū · ⁊ cōstitutū sibi ꝑtergressus est terminū. Vnde ⁊ deus ab eo facie suā auertens · vix tandē in diebus abrae amici sui placabilis fieri incipiens · rursus modū instituit · ⁊ pmulganit legē sed nō vsq; quaq; priori similē. Illa siq̄dem fuerat ad cautelā · hēc ad medelā · Vbi pbibitio facta ē · ne ĩpfluitas subintraret · hic absciso indicta est · ut sacramēti remediū illā que subintrauerat tolleret. Postremo illa quidē ĩ arbore data est boī · ne fructu illius vesceretur · hēc aūt in corpe ꝑpetuo ut caro ꝑputi scinderet. Nec dubiū sane quin cętera q̄ corporis būani mēbra illud additamētum leuiathan occuparet · venenū sc̄z cōcupiscentie ⁊ ĩmoderate atq; inordinate illecebra voluptat̄ · ut oīb⁹ necessaria videretur quēdā abscisio generalis. Hęc ꝙ singulor ꝑ abscisionē mēbror ꝑ būane carnis fragilitas ⁊ infantilis ętatis infirmitas nullaten⁹ sustinebat · ꝑ moderamine dispositio puidit supna · ut in ea potissimū ꝑte castigaret concupiscētia · in q̄ vehementius eā sentire ac violentius maliguari cōstabat. In omni quippe cōtradicentiū spiritui rebellione mēbror ꝑ · solū illud inuenit adeo cōtumax ut cōtra oēm volūtatis deliberationē ad inhonestos ⁊ illicitos motus assurgat. Nā ꝙ hēc circūcisio die octaua fiebat spem regni cęlestis cōmendabat · ꝙ videlicet ad pmū reflexus diēp circulus ꝑferre quādā cozonę speciē videret. Hinc est ꝙ octaua potissimū die ꝓ solēnitates ꝓcipuas celebrat̄ · ⁊ in sermone dñi primę beatitudini octaua copulat̄ · ut cęlestis regni dēmū iterata pmissione nobis euidēter corona fabricet. ¶ **Beda in omel. de circumcisione domini.** Idē aūt salutifere curationis auxiliū circumcisio contra originalis peccati vuln⁹ agebat ĩ in lege · q̄ nūc baptismus agere consuevit · reuelatę gr̄ę tpe excepto ꝙ regni cęlestis ianuā nondū poterāt intrare · donec aduentis bñdictione dare qui legē dederat · ut d⁹ deo ꝑ ĩ sion videri posset. Ē tum in sinu abrae post mortē beata requie cōsolari supne pacis ingressū expectabāt spe fęlici. Qui enī nūc per euāgelium suū terribiliter ac salubriter clamat : Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊c · ipse dudū per legē suā clamabat : Masculus cuius ꝑputi caro circūcisa non fuerit · peribit de ꝓpl'o suo · quia pactū meū irritū fecit · B ē · quia vitę pactū boīb⁹ in paradiso mandatum Adam ꝓuaricāte transgressus ē · in quo peccauerūt oēs · peribit de cętu sanctor ꝑ · si remedio salutari nō fuerit subuētum. Vtraq; ergo purificatio · sc̄z ⁊ i lege circūcisionis · ⁊ in euāgelio baptismatis posita est tollēdę gratia primę ꝓuaricationis. Et ne cui seculi labēs ętati superni respect⁹ munera deessent · illi q̄z q̄ a mūdi exordio vsq; ad tpa date circūcisionis · vel post datā circūcisionem de alijs nationib⁹ deo placuerūt · vel hostiā rū oblationib⁹ · vel certe sola fide virtute · suas suorūq; aīas creatori cōmendantes · a primi reat⁹ vinculis absolvere curabant.

De causa circūcisionis dñice ¶ Cap. LXXXV.

SEd veniens in carnem q̄ solā carnis naturā · nullāq; peccati cōtagionē de Adā traxit · nullo munere gratię renascētis indiguit : verumq; tñ purificationis gen⁹ est subire dignatus · s · ꝛa parentib⁹ octaua

die natiuitatis circūcisus·ꝛ anno trigesimo a Johāne baptiçatus. Imo tertiꝫ quoqꝫ salutaris hostię munus offerri p se non respuit ipse tēpli dñs·ut ꝛ cōsummādo iam legis decreta suo tpe doceret eē salubrima·ꝛ aduenięt eu ꝫ angelꝫ cūctis fidelibꝫ ostēderet ꝙue subeūda remedia Ut enī nobis necessariā obediēdi ꝛutē exēplo ꝑcipuo cōmendaret·factū sub lege filiū suū misit deus in mundū·non q ipse qui legislator·ꝛ iudex ē qđꝫ legi deberet·sed ut eos qui sub lege positi legis onera portare nequiuerāt·sua cōpassione iuuaret·ac de seruili cōditione quę sb lege erat ereptos in adoptionē filioꝝ q̄ per gratiā ē sua largitate reduceret. Suscepit igitur circūcisionē lege decretā in carne qui absqꝫ oī ꝓsus labe pollutiōis apparuit in carne. Et qui in similitudine carnis peccati·nō aūt ī carne peccati aduenit·remediū quo caro peccati cōsueuerat mūdari non respuit·sicut etiā vndaꝫ baptismatį qui a nouę gratię ꝓfluo a peccatorū sorde lauari voluit·ipse nō necessitatis ꝑ exēpli causa subijt. ¶ Bernī. i sermone de eodem. In hac ergo circūcisione dñi habemus qđ amem⁹ ꝛ admiremur·habemus etiā qđ imitemur. Die quippe natiuitatis suę babitu inuentus ut hō·minoratus paulomin⁹ ab angelis. Sed die circūcisionis multomin⁹ ab angelis·qui nō solū formā habuit hominis·sed ꝛ peccatoris·ꝛ infię⁹ est velut quodā cauterio latronis. Illa die i huius mūdi carcerē aduenit. In hac autē catenas ꝛ vincula nostra suscepit·ac sub lege factus qui legē dedit ut reos absolueret·innoxias manus eoꝝ catenis inseruit. Quid est enī circūcisio nisi suppliciꝫ ꝛ peccati indiciū? In te ꝙ dñe iesu quid ē qđ circūcidit? suppliciū? Nōne tu verus deus de deo patre·ver⁹ hō sine oī pctō de ꝙ virgine mre? Quid ꝙ facis o parētes eū circūcidētes? Dōt nec ꝑ oblīuisca filiꝫ vteri sui? aut nō eū cognosceret nisi signū circūcisionis bēret? Imo vere. Quō posset illā in q̄ ei bñ cōplacuit nō agnoscere filiū? Et ꝙ mane signo ignorare poterat eū inuēta in eo circūcisione quā pcōdo ipse ꝓuiderat ob purgationē vtiqꝫ vnioꝝ. Sed qđ mirū si caput ꝓ mēbris curationē accepit·quā tū in semetipso necessariā nō habuit? Nōne ꝛ in mēbris nostris sępe p vn⁹ morbo alteri adhibet curatio? Dolet caput ꝛ ī brachio fit coctura·dolēt renes ꝛ fit in tibia. Sic ista die ꝓ totius corꝑis putredine cauteriū qđā infirū ē in capite. Deniqꝫ quid mirū si ꝓ nobis dignat⁹ ē circūcidi·ꝓ quib⁹ dignat⁹ est mori? Totus siqđē mihi dat⁹·ꝛ tot⁹ in meos vsus expensus ē. Ego enī audiēs qꝫ transiret añ carcerē meū filius regi magni: altius gemere cepi·ꝛ miserabili⁹ exclamare dicēs: Fili Dauid miserere mei. At ille sic benignissimus·quis nā ē inquit iste quem audio fletus ꝛ vlulat⁹? Et dicūt ei: Ipse est Adam ꝓditor ille quē pater vester mitti fecit in carcerē donec cogiret quib⁹ illū supplicijs faciat interire. Quid ageret ille cuius natura bonitas·cui ꝓprium est misereri semp ꝛ peere? In carcerē descendit·ut educeret vinctū de domo carceris venit. Judei ꝙ nō īmemores odij quo patrē oderant exercuerunt illud ī filium·ipso dicente: quia oderūt me ꝛ patrem meum. Impij nāqꝫ quibus grauis erat etiā ad videndū: Die est inquiunt heres·venite occidamus eū. Sic igitur agnum dei occiderūt·ī suam quidē perniciem·sed in nostrā salutem. Illi quippe sanguinem agni fuderunt· nos accessimus ꝛ bibimus illū. Laticē salutaꝫ ine briantem qꝫ preclarꝫ accipimus ꝛ inde gratias agimus.

¶ De nominis ipositione Beda vbi ō. ¶ Cap. LXXXVI.

Sed et hoc ꝙ eodem die circumcisionis suę nomen ut ie sus vocaretur accepit·ad imitationē obseruationis pstitę fecit. Quā et eo credim⁹ suptā·q Abrā pīarcha

qui primus circūcisionis sacramentum ī
suę fidei magnę ac promissionis ad eū diui
nę testimonium accepit ꝑ eadem die suę
suorūq; circūcisionis etiā nomis amplia
tione simul cū sua coniuge benedici pro
meruit·ut qui ꝙm Abram pater excel
sus dictus ē. Deide Abraā multaꝝ gē
tium pater vocaret·q; patrē inqt multa
rū gentiū cōstituī te·Quę promissio fide
lissima tam late ꝑ orbē iam patet imple
ta·ut etiā nosipsi de gētibus ad illius fi
dei notionē vocati·nos ipsū patrem
spū aliter gaudeam⁹ habere·aplo q̄s di
cente nobis: Si autez vos Christi·ergo
Abraę semen estis·Fm promissionem hęre
des. Et Sarai inquit vxorē tuā nō vo
cabis Sarai sed Saram·i·nō principē
meā·ꝫ principē·videlicet aperte docēs
vt eā quę tanta fidei ꝓceps ⁊ socia fa
cta ē·nō ꝓprie principē suę domus·ꝫ ab
solute principē·i·oīuz recte credentiū fę
minarū vocaret ⁊ intelligeret esse parētē
Vnde beatus petrus credētes er gētib⁹
fęmias,puocans ad virtutē būilitatī ca
stitatī atq; modestię·meminit eiusdē ma
tris nręq; Sare·debita cū laude. Sic Sa
ra inqt obediebat Abraę dīm cū vocās
cuius estis filię bñ faciētes· nec vllā ptur
bationē timētes. Hęfratres dixim⁹·vt
singuli vestrū meminerit·etiā seipsos ꝑ
cepta fide christi cū patriarchis nominis
excelsi cōsortiū meruisse·seq; pcepta ba
ptismi salutaris ī Christo purificatione
derivatū a christi noīe cognomē gaudeā
mutuasse. Et ꝫ vsq; in finē seruare
cōtēdāt·firmū ⁊ intemeratū illud Esaię
vaticinium ī se gaudētes cē cōpletū: Ser
uos suos vocabit noīe alio·i·noīe chri
stiano·quo nunc oēs serui christi se dile
ctātur insigniri. Nec enī ē aliud nomē ꝫ
celo datū bonū ī q̄ oporteat nos saluos
fieri. Vnde ꝑueniēter adiūgit ꝑ ꝓphām
In q̄ q̄ bñdicēdus ē sup terrā bñdicet
a deo amen. Dicit ⁊ alia de eodē: multi
plicandā q̄s de gētib⁹ ecclesiā: Videbūt
gētes iustū tuū ⁊ cūcti reges inclytū tuū
⁊ vocabit tibi nomē nouū qđ os dīi no
minauit. Cur aūt puer q̄ nat⁹ ē nobis ⁊
filius dat⁹ ē nobis iesu·i·saluator, nomē
accepit·exp̄sitione nō indiget·ut a nob̄
intelligi possit·ꝫ intētione sollicita ⁊ vi
gili·vt nos q̄s possim⁹ eiusdē nomis pti
cipatiōe saluari·Legim⁹·n·iterp̄tari an
gelū·q; ipse saluū faciet ꝓplm suū a pctis
eoꝝ. Indubitāter q̄s credim⁹ ac sperem⁹
q; q̄ saluat a pctis·ipse q̄s saluabit ab il
lis quę ob pctā ptigerūt corruptionibus
Pō testāte q̄ ait: Qui ꝓpitiat oīb⁹ iniq̄
tatibus tuis qui sanat oēs infirmitates
tuas. Dimissis·n·oīb⁹ iniquitatib⁹ nīs
oēs languores nostri ad integrū sanabū
tur cū gloria resurrectionis apparēte no
uissima mors inimica destructur.

¶ De nominis iesu vocatione Bern̄ in sermone de circūcisione dn̄i. ¶ Cap. LXXXVII.

Merito sane dum puer q̄ natus ē nobis circūcidit' saluator vocat'·p videlicet er ꝫ iam ceperit nostrā opari salutē·īmaculatū il lū ꝓ nobis fūdens sanguinē. Neq; enī iam ē quęrere cur voluerit circūcidi·ꝓpt' ꝫ enī ē circūcisus ꝓpter qđ ē passus. Nihil hoꝝ ꝓpter se·ꝫ oīa ꝓpter electos volu it agere·nec in pctō genitus·nec a pecca to circūcis⁹·nec ꝑ pctō suo mortu⁹·Qđ vocatū ē inquit ab angelo priusq; cōciperet' in vtero. Vocatū plane nō impo sitū. Nęque hoc ei nomē ē ab eterno. Vt enī saluator sit·habet a ꝓpria natura·⁊ ꝫ ei nomen īnatū est·nō indictum ab hu mana vel angelica creatura. Sed quid qđ egregius ille ꝓpha puerū istū p̄dicēs multis noīb⁹ appellādū fore vidēt ꝫ nūq tacuisse. Vocabit' inquit nomē ei⁹ ad mirabilis ⁊c. Magna quidē noīa. Sed vbi est nomē qđ ē sup omne nomē·videlicet nomē iesu ī quo flectat' omne genu? Forte in his oīb⁹ inuenies illud vnum sed expressū quodāmodo ⁊ effusum. De hoc enim in amoris cāntico sponsa dicit: Oleū effusum nomē tuū. Habes igitur vnum in his omnibus appellationibus

Jesū nec oīo vocari vel eē saluatoꝛ posset si hoꝛ quipiā defuisset. Nūquid nvere admirabile experti singuli sumus in mutatione volūtatū nostrarū? Hoc enī est saluationis nr̄e pncipiū cū incipim⁹ respuere quod diligebam⁹ volere vnde lętabamur amplecti qđ timebamus seq̄ qđ fugiebam⁹ oprare qđ cōtemnebam⁹ Admirabilis plane sed ꝛ consiliariū exhibet se in electione pnitentię ꝛ ordinatione vitę ne forte nobis celus absq; scientia sit ꝛ volūtati bonę puidentia desit Opus est aūt ut deum quoq; ꝓemus in pꝛioꝛ scꝛ delictoꝛ remissione sine q̄ non pōt cōstare salus. Nemoq; pōt peccata dimittere nisi solus deus. Necꝛ ne id q̄dem sufficit ad salutē nisi forte etiam in expugnando inpugnātes nos experiam̄ne. s. ab eisdē rursū cōcupiscētię supeām ꝛ hāt nostra nouissima deteriora pꝛioribus. Videꝛne iam aliquid deesse saluatoꝛi? Deesset plane qđ maximū est nisi ꝛ futuri seculi pater esset ut per eū scꝛ resurgamus in immortalitatē qui ꝑ psentis seculi patrē generamur ad mortē. Neq; hoc satis esset si nō etiā pnceps pacis nos patri reconciliaret cui traditurus ē regnū ne forte sicut filij perditionis vtiq; nō salutis resurrecturi videremur ad supplicii Sane multiplicabitur eius imperiuꝫ vt merito saluatoꝛ dicatur etiā ꝑ multitudine saluandoꝛ ꝛ pacis nō erit finis vt verā nouerimus salutē esse quę non possit salte timere defectum.

¶ Iterum de eodem. Idē in i. ¶ Cap. LXXXVIII.

Considera quoq; magnū ꝛ admirabile sacramentum. puer circūcidit' ꝛ Jesus vocat' Quid sibi vult illa connexio? Circumcisio nempe nō saluatoris esse videt' ꝫ saluādi magisq; saluatorē circūcidere decet quā circūcidi. Sed agnosce mediatorē dei ꝛ hominū qui ab ipso exordio suę natiuitatis foedat būana dninis ima sūmis. Nascit' ex muliere sed cui fecunditatis fructus sic accedat ut flos virginitat' non decidat. Pannis inuoluit' sed ipsi panni angelicis laudibus honorāt' Abscondit' in ꝓsepio sed stella pclarat radiāte de cęlo. Sic ꝛ circūcisio veritatē pbat susceptę bānitatis. Et nomē qđ est sup omne nomē gloriam indicat maiestatis. Circūcidit' tanq; verus filius Abrę ꝛ tanq; filiꝰ dei vocat' Jesus. Nō enī ad instar pꝛioꝛ meꝰ ille Jesus nomē vacuū aut inane portat nec est in eo magni nominis vmbra sed veritas. ¶ Idem super Cantica omel. xv. Oleū infūdit effusum nomē tuū. Pleū nēpe lucet pascit ꝛ vngit lur. cibus medicīa. Et spōsi nomen lucet pędicatū pascit recogitatū lenit ꝛ vngit inuocatū. Quid eque mentē cogitātio impi guat virtutes robōrat mores vegetat? Aridus est omnis animę cib⁹ si nō oleo isto infūdit' hęspivus si nō ꝫ sale cōdit'. Si scribas nō sapit mihi nisi ibi Jesū legero. Si disputes aut ꝓferas nō mihi sapit nisi ibi Jesus sonuerit. Jesus mel in ore melos in aure iubilus i corde. Deniq; vocabitur ait ꝓpheta nomē eius admirabilis cōsiliarius deus fortis ⁊c. Hoꝛ nominū primū tertiū quartū sonat maiestatē reliq̄ ꝛo pietatē. Qđ igit' hoꝛ effundit' cū ꝓfecto maiestatis nomē atq; potētię in id qđ ē pietatę ꝛ grę ꝺdāmō trāsfūdit' ꝛ effūdit' habēdę ꝑ Jesū christū saluatorē nostrū nomē verbi causa qđ deus ē nonne in id qđ est emanuel i nobiscū deus liquefacit ꝛ defluit? Sic id qđ est admirabilis in id qđ est cōsiliarius. Sic deꝰ ꝛ fortis in ea que sūt pater futuri seculi ꝛ pncipis pacis. Ubiū id qđ apud ūtiquos tam terribiliter q̄ frequēter intonare solebat Ego dns ego dns: mihi dictat' oratio cuius pncipiū dū paterno noīe dulcescit sequentiū obtinēdarū petitionū fiducīā tribuit. ¶ Richardus de sancto victoꝛe. Puer deniq; qui natus ē nobis admirabilis gloria cōsiliarius sapiētia deus natura fortis potentia pater

misericordia-princeps iustitia. Admirabilis gloria-quia ⁊ angeli pre nimia admiratione glorie ei⁹ in ipsum ꝓspicientes deficiūt-⁊ cantāt dicētes: Pleni sūt celi ⁊ terra gloria tua. Cōsiliarius sapientia-qz magni cōsilij angelus existit-q̄ hominē in inuio iniq̄tatis-⁊ infidelitatis errantē ad viā veritatis ⁊ equitatis reduxit Deus natura-qz veritatē habet ꝑ naturam-⁊ alios imbuit esse deos ꝑ gratiam. Fortis potētia-qz principē huius mūdi custodientē atrū suū-i-mūdū potenter debellauit-⁊ vasa ei⁹-i-alias in quib⁹ iniquitatē posuerat-ad vitā trāsdestinatas diripuit ⁊ ipsū eiecit ⁊ alligauit-ne more antiquo in hoīe dominet'-donec in tēpore antichristi ad modicū ipsius permissione solua'-⁊ postea cū suis in die iudicij ī infernū redigat'. Pater misericordia-qz paterna pietate ad nos venit ⁊ nos redemit ⁊ iustificauit ⁊ beatificauit. Venit ꝑ hūanitatē-redemit ꝑ passionē-iustificauit ꝑ gr̄am-beatificauit ꝑ gloriā. Princeps iustitia-qz reddet vnicuiq̄ qđ suū ē: bona bonis ⁊ mala malis-bonis gloriā malis pēnam.

¶ De mysterio testū eius dē nominis. Berñ. vbi supra.

¶ Cap. LXXXIX.

On est igitur in eo magni nominis vmbra ⁊ vtras solida. Celit⁹ iuxta dē indictū nomē suū gelista testat'. Qđ vocatū est-inquiens-ab angelo priusq̄ in vtero cōciperet'. Et attende ꝓbi ꝓfunditatē-qz postq̄ natus ē Jesus vocat' ab hoīb⁹ qđ pri⁹ ab angelo fuerat vocatus. Idē enī ⁊ angeli saluator ⁊ hoīes-sed hoīes ab icarnatiōe angeli ꝟo ab initio creature. ¶ Origenes in sermone de eodem. De nicq̄ vocabulū Jesus gloriosū nomē qđ est sup oē nomē-omni adoratu cultuq̄ dignissimū-nō decuit primū ab hoīb⁹ appellari-nec ab eis in mūdū effer̄i-⁊ ab excellentiori natura quadā atq̄ maiori

¶ Berñ. vbi s. Vocatū est nomen ei⁹ aut Jesus-qđ vocatū erat ab angelo prius. In ore ē duoꝝ vel triū testū stat omne verbū. Et id ipsū qđ in ꝓpba dicitur abbreuiatū-manifestius in euangelio legit' caro factū. Nos vtiq̄ frēs mei respicit hec parabola. Christus enī nec euāgelico testimonio nec hūano egnit-ꝑ ut scriptū est-oīa ꝓpter electos sustinuit. Triplex pinde quer̄dū nobis est ꝓprie salutis testimoniū-ne forte videam̄ assūpsisse dei nomē inuanū. Et nos-n-circūcidi necesse est sicq̄ nomē salutis accipe-circūcidi sane nō littera sed spū ⁊ veritate-nō vno mēbro sed toto simul corpore Licet enī additamētū leniatur quod a malo ē ⁊ amputari debet magis in ea parte regnet in q̄ iudeis mandata ē circūcisio-tū vniuersam occupat carnē-⁊ plāta pedis vsq̄ ad verticē nō ē in nobis sanitas. Nec est aliqua pars quę nō tabida sit et hoc veneno. Propterea siē parvulus in fide ⁊ dilectione ꝓfectus cōgruū sibi mādatū exigitq̄ circūcisionis accepit sed postq̄ in vir̄ ꝓfectionē creuit baptizari vider' corpe toto quę totus hoīs est integra circūcisio. Hinc est q̄ saluator noster ⁊ octauo die circūcidi-⁊ post annū trigesimū dignat⁹ est crucifigi-vbi corpus oē distentū est ī pēnā: cui similitudini mortis cōplātamur ⁊ nos-ut scribit apostolus-dū qđ nouissime tradūt ē obseruam⁹. Quę ē aūt moralis circumcisio nīa nisi quā idē apostolus cōmēdat-victum inquiens ac vestitū hūtes his contēti simus. Optime ꝓfectus nos circumcidit ⁊ superflua resecāt vniuersa pauptas voluntaria-labor pēnitētię. Leteq̄ in hac ipsa circūcisione triplex nobis querēdū ē ab angelo-s-⁊ Maria ⁊ Joseph testimonium salutis nostre. Oportet inq̄ ut ante oīa nobis angel' magni cōsilij nomē salutis imponat. De hinc ⁊ ipsius ꝓgregationis attestatio necessaria est quę tāq̄ mater singulorum est. Pater inq̄ virgo tanq̄ ea quā desponsat apostolus vni viro ꝓxīnē castam exhibere christo. Sz nec

ipsius ministri cōtēnendū est testimoniū ei qui quērit imitari saluatoꝛ exemplū: hic est Joseph spōsi quidē locū obtinēs rectoꝛa aūt huius ꝛ dispēsatoꝛ existēs: qui sane pr̄ vocat' magi aūt nutriꝰ ē: pbat'

¶ De circūcisione morali. Origenes vbi ō. ¶ Cap. XC.

SIcut ergo iuxta sententiā apli: cū mortui sumꝰ christo morieti: ꝛ psurrexim⁹ resurgēti: sic etiā cū eo sumꝰ circūcisi: ac solēni circūcisione mūdati. Ideoq; iā nō indigemus circūcisione carnali. Et ut scias illū ꝓpter nos factū esse circūcisū: audi manifestissime ꝓdicātē Paulū. In illo inquit estis repleti ī q̄ estis ꝛ circūcisi: circūcisione nō manufacta in expoliatiōe coꝛpis carnis in circūcisione christi. ¶ Idem super Genesim omel. iij. Quis aūt gladiꝰ vel machera petīa sit q̄ circūcidat ꝗ plus dei apli dicētē audi: Viuꝰ est inq̄t sm̄o dei ꝛ efficax: ꝛ penetrabilioꝛ oi gladio ancipiti ⁊c. In oibꝫ tū mēbris nris frēs mei: suscipite dignā circūcisionē x̄pi dei. Circūcisi sint aures nr̄æ sm̄ dei x̄pū: ꝛ vocē obtrectātiū nō recipiāt: cōplent' ꝛ clausæ sint ne iudiciū sāguis audiāt: aut ipudicis cātic ꝛ somis theatralibus pateāt: nihil obscenū recipiāt. Tales n. aures ī auditoꝛibus suis dñs req̄rebat cū dicebat: Qui habet aures audiēdi audiat. Nemo q̄pe pōt aurib⁹ circūcisis ꝛ imūdis audire x̄pa sapiæ ꝛ x̄pi: Sz ille q̄ a scurrilitate ac detractione ꝛ calūnia ꝛ ineptia ꝛ cęteris oīb⁹ q̄ indigna sūt ore christiano ꝓtinet suū: ꝛ disponit sm̄ones suos in iudicio linguā rēperat: x̄pa moderat': iste merito circūcisus dī labijs. Sicḍ x̄pc erga moꝛ coit⁹ nō ipoꝛtun⁹ existat: nec statutos legib⁹ terminos excedat: nec aliā fcīaz q̄ p iugē legitimā ꝓgnoscat: ꝛ ī ea q̄z ipsa certꝫ ac legitimis tpib⁹ agat: nūmō cā posteritati suæ: iste dicēdus ē circūcisus ꝓpitio suæ carnis. Qui x̄pc nō obscenis desideriis ac fedis cupiditatib⁹ ꝛstinat: ꝛ ut breuit' dicā: nos mębrā corde: ꝰ pura fidē custodit ī sinceritate ꝛscię: iste circūcisus ē corde. Circūcidēdę sūt etiā manꝰ a rapinis: a furtis: a cedib⁹: vt ī solis dei pādāt' opib⁹. Pedes q̄z veloces nō sint ad effūdēdū sanguinē: nec ī ꝛsiliū malignātiū introeāt: ꝰ tū ꝓ mādatꝫ dei circūeat. Oculꝰ ne cōcupiscat alienū: ne videat mulierē ad ꝓcupiscēdū eā. Cuiꝰ n. erga fcīaz formas lasciuꝰ ꝛ curiosꝰ oberrat aspectꝰ: ꝰ ē oculus in circūcisus. Sz ꝛ singla q̄q; mębra sū ī officijs mādatoꝛ dei deseruāt: dicēda sūt circūcisa. Si x̄po vltra leges diuinitꝰ sibi ꝓscriptas lucrānt: icircūcisa. Et ꝰ cē pto q̄d dicat ab aplo: Sic exhibuistis mębra vra seruire iusticię ꝛ iniq̄tati ad iniq̄tatē: ita nūc exhibete mębra vra seruire iustię ī scīficatiōe. ¶ Idē sup eplam ad Ro. li. ij. In summa x̄po duplex est moralis circūcisio: videlicz cordis ꝛ carnis. Circūcisio cordis ē fidelit' in deū credere. Circūcisio carnis nihil sordidū in opere gestūq; cōmittere.

¶ De misterio dierū. Bern. in sermone de circumcisione. ¶ Cap. XCi.

ī

Cum vero restat dicendū q̄d ī hac circūcisione nob spūaliter sit agendū. Nō n. sine causa pręceptum est in lege: nec sine causa cōpletum est ī dño: ut octaua die fieret circūcisio. Itaq; nō ignoramꝰ iā hominē oportere nasci denuo: q; ꝓpt' ꝰ filius dei natꝰ est secūdo. In pctis siq̄dē nascamur oēs: ꝛ necesse habeāmꝰ renasci ī gr̄a q̄ō baptismate q̄dē ꝓcipimꝰ: ꝰ totū pereat in sęculari vita. Nūc aūt ꝓmū deo miserāte ī nobis opat' gr̄æ x̄tus: ut ī nouitate vitę ambulemꝰ. Ergo nascit' hō qū sol iustitię ortus ī aīo tenebras illuminat pctoꝝ ꝛ internis obtutib⁹ offert hoīēdū dei iudiciū: addēs terroꝛ vinculū ꝓlens breuē dierum numerum ꝛ finē incertum. Hoc plane vespera est ad quaz demorabitur fletus: ꝛ necesse est addi matutini lętitiam: vt auditam faciat misericoꝛdiā suam. Sic enī fit vesperę ꝛ mane dies vnꝰ ꝛ

Est autez ista dies iusticie reddens vnicuiqz qđ suū est·nobis miserā·deo misericordiā. In hac die puer nascit·quādo in his que dixim⁹ ad amorē pēnitentie ꝛ odiū peccati animus excitat. Sed periculosū ē si forte velit inter sęculi turbas agere pēnitentiā·vbi nimirū aliq̄ venatis pstigionib⁹·aliq̄ vndiqz exemplis prioribus ad peccatū allicīt·aliq̄ adulationibus in vanā gloriā·aliq̄ detractionibus ad impatientiā animū eius deūciant. Procedat iam necesse est prudentie radius: ostēdat quātas ꝛ qs importunas pręsertim ī hac generatione opportunitates ꝛ occasiones peccati offerat mūdus·ꝛ ingerat qs debilis sit ad illas bñ anus animus maxime qui in peccati ꝓsuetudine sit nutritus. In hac ergo die prudētie eligat de pręsenti sęculo necs fugere·dicēs cū ꝓpha: Odiui ecclesiam malignantiū·ꝛ cū impijs nō sedebo. Ez nōdum sufficit hoc: Fortassis enī vult elige re solitudinē nō satis attendēs infirmitatem ꝗpriam ꝛ periculosam diaboli luctā Quid enī piculosius qs solū luctari cōtra versutias hostis antiqui a quo videatur ꝛ quē videre nō possit? Itaqz iam necessariū habet fortitudinis diē·vt noverit custo diendaz ad dim fortitudinē ꝛ in acie multo ꝛ pugnantiū esse querendum·vbi tot sint auxiliarij quot socij·ꝛ tales qui cū apto dicere possint: quia nō ignoram⁹ astutias inimici. Cōgregatio enim pro fortitudine sua terribilis est vt castroꝝ acies ordinata. Vę aūt soli·qz si ceciderit non habet subleuantem. Ez si cuiqz ex antiquis patrib⁹ gratiā hanc cōcessam audiuimus·nō expedit se temere committere huic periculo·nec oportet tēptare deum·sicut ꝛ magister noster de anachoretis loquēs·qui nō cōuersionis inqt feruore nouitio ꝛc. Itaqz ī hac fortitudinis die·ad id qđ iā ceperat·i·odium ecclesiā malignantiū·etiā addit qđ sequit: Lauabo inē innocētes man⁹ meas Vez cū esse in cōgregatione multorum eligit·nūquid eligit esse magister q nōdū discipulus fuit·ꝛ docere quod nūqz didicit? Et quō vel in se vel in alijs motus irrationales tp̄are poterit? Illucescat ergo dies tēperātie·ut eligat abiect⁹ esse in domo dei sui·magistro subdit⁹ cē sub quo volūtas eius frangat·ꝛ obedīē tie freno ꝓcupiscētia refrenetur. Nec de dignā dū est seruo qđ pręcessū ī domino Siquidē delcēdit cū eis·ꝛ erat subdit⁹ illis. Et tu ergo subditus esto ꝓpter illū.

Adhuc de eodem.
Cap. XCII.

Sed si iam in ipsa obedīē tie via interdum accipias pręcepta nōnulla que licet salubria sint·min⁹ tū videāt suauia: Dęc si moleste ceperi sustinere·si ꝓlatū diiudicare·si murmurare in corde·etiā si exteri⁹ impleas qđ iubet·nō est hec virtus patientie sed velamen maliciē. Necesse est igit vt illucescat dies patientie·per quē oia dura ꝛ aspera tacita amplectēs cōscientia magis te diiudicans·ꝛ durius arguens·cum nimirū displicent que ad salutem sūt·ꝛ in cogitatione tua semper partem magistri quoad potes aduersus teipsum iuuans·te in omnibus accusare·illum magis excusare laborans. Porro iam ī hoc loco tibi est a supbia cauēdū· magnū est enī oīo sic vincere semetipsū. Melior est ait Salomon patiens viro forti ꝛc. Considera deniqz qs manifeste ꝓphēta doceat necessariam esse humilitatem post patientiam dicens: Verūtn deo subiecta esto anima mea ꝛc. Nōne videtur occasione patiētie temptationē sensisse superbie? Necesse ergo ē ut radi⁹ humilitatis cor tuuz illuminet·ꝛ quid a te ꝛ quid a deo sit declaret·ut non altum sapias·quia de⁹ supbis resistit·humilibus aūt dat gratiā. Jam vero cum his diuitijs exercitat⁹ fueris·roga tibi dari lumē deuotiōis die serenissimā·ꝛ sabbatū mētis ī q tāqz emerit⁹ miles absqz labore vinas ī laborib⁹ vniuersis dilatato

nimirum corde viam mandatorum vel currens·ut quod prius faciebas cū amaritudine tui spiritus⁊ coactiōe·te extero tā cū sūma dulcedie pagas⁊ delectatiōe hāc mi fallor pō petebat cū dicebat: Remitte mihi vt refrigerer. Ac si dicat: Quousq; īlabores doloze crucior⁊ tota die morte afficior: Remitte mihi ut refrigerer. Vez ad hanc pfectionē pauci nisi fallor puenīūt in hac vita. Neq; enim si quis hāc habere videtur aliquando·necesse est ut sibi credat cōtinuo maximeq; si est nouit⁹·nec per ꝓfatos ascēdit gradus. Pius enī dñs pusillos corde solet allicere blanditijs talibꝰ. Sed nouerint qui huiusmodi sunt gratiā hāc ꝓstitam sibi nō datam vt in die bonoꝝ memores sint maloꝝ·⁊ in die maloꝝ nō immemores sint bonoꝝ. Longe ꝑo aliter q̄ exercitatos habēt fēlus fḡlici iocūditate fruūtur deuotionis huius. Sed multi ad hoc tota vita sua tendunt⁊ nō q̄s ptendunt. Quibus tū si pie ac pseueranter conati sint·statim ut de corpe exeūt reddit eis qđ dispensatorie negatū est in hac vita. illuc eos sola gratia ducente quo prius tendebāt· ipsi cū gratia ut consūmati in breui expleret tpa multa· Illis vero q̄ ad hāc deuotiōis gratiā pueniunt vnā videt restare periculū· viddicet dēmonium meridianū·quia trāsfigurat se sathanas in lucis angelū. Hoc ergo timendū est ei qui tanta delectatione facit omnia nedū sequitur affectionē corp⁹ destruat per immoderatā exercitationē· ac deinde necesse habeat non sine magno detrimēto spiritualis exercitij circa curam debilitati corporis occupari. Ergo ne incurrat hoc qui currit· illuminari necesse habet lumine discretionis quę mat̄ virtutum est·⁊ consūmatio pfectionis·hęc nimirū docet ne quid nimis. Et hęc ē octaua dies i qua puer circūcidit·qz discretio vere circūcidit·ut non plus nec min⁹ efficiatur. Nam⁊ qui nimis est fructum boni operis abscidit non circūcidit. Sic quoq; qui tepidus est⁊ minus facit. In hac ergo die nomē salutis imponit·nec de illo qui sic conuersatur dubitem dicere q̄ suam ipsius salutē opat. Vsq; ad hanc enim diem angeli dicere quidē hoc possunt qui secreta celestia nouunt·ē nūc primū ego fiducialiter ei nomen salutis impono. At vero quia rara est omnino anima ista in terris·huius discretionis locum fratres suppleat obedientię virtus ī vobis·ut nihil plus nihil min⁹ nihil aliter q̄ imp̄atū sit faciatis.

¶ De circūcisione generali futura Idēm ꝙ ¶ Cap. XCIII.

Enicq; q̄ circūcisio carnal̄ octaua die fiebat·spem regni celestis cōmendabat· q̄ videlicet quandā speciem corone videt ad primū reflexus dierum circulus pferre. Hinc est q̄ octaua potissima⁊ dies post ꝓcipuas solennitates celebratur·⁊ in sermone dñi primę beatitudini octaua copulatur·ut celestis regni demū iterata promissione nobis euidēter corona fabricetur. ¶ Beda vbi supra. Et hęc erit vera⁊ plenaria circūcisio nostra·cuz scz in die iudicij cūcti simul animę carnisq; corruptionibus exuti·mox peracto iudicio regni celestis aulam ingredientur ad videndā perpetuo faciem creatoris nīsi quod est typice paruulos circūcisos ad templum domini hierosolymam cū laudibus hostiarum acceptabile munus deferri. Vera nanq; circumcisione purgatur templum domini cuz membris ingredit̄ qui gloria resurrectionis ab omni late mortalitatis exoctus est·bonorū operum fructibus superne ciuitatis gaudia subijt·dicēs: Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. Vota mea reddam in conspectu omnis populi eius·in atriis dom⁹ domini in medio tui hierusalē. Qđ·s·desideratissimū tps celestis ītroit⁹ indicat illa dies octaua q̄ circūcisio celebrat̄. Hęc etenī sūt gtates ꝓsentis seculi notissimis temporū articulis

distincte in quibus necessarie sūt p tot laboribus insistere. z ad tēpus opari p adipiscenda sempiterna requie. Septima est ętas. nō in hac vita sed in alia q̄ descentiū vsq; ad tēp⁹ resurrectionis animarū. Octaua ꝙo ętas ipsa est dies resurrectionis sine vllo tēpor⁹ fine beata. q̄ vera circumcisionis oīo de corruscāte gloria nō vltra corpus q̄ corrūpit aggrauat animā. nō terrena habitatio deprimit sensum multa cogitātē. sed corpus iam incorruptibile lętificat animā. z ībleuat cęlestis inhabitatio totū hominem visio sui conditoris inherentē. Cui⁹ scz diei beatitudinē in p̄s. ꝙpha exponit anima mea. z oīs interior bois sui affect⁹ ad būdicendū deo. omnesq; retributiones eius recordandas exactis dicit: Qui redemit de interitu vitā tuā. qui faciat ī bonis desiderū tuū. qui coronat te ī miseratione z misericordia. z renouabit vt aquile iuuentus tua.

¶ De morali circumcisione interi faciēda. ¶ Cap. XCIIII.

Necesse est autem. vt qui ad hui⁹ pulcerrime renouationis quasi sūme circūcisionis desideramus ptingere premia. curemus interim primitiue circūcisionis ac renouationis que quotidiano ꝓfectui exercitio fit. subire remedia. Deponam⁹ ꝝm pristinam cōuersationē veterē boiem qui corrūpitur ꝝm desideria erroris. z indnam⁹ eum qui ꝝm dē creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Nō enī sufficere credamus castigare nos in vno mēbro corporis nostri. sed ut idē alibi monet apostolus: Mūdemus nos ab omni inquinamento carnis z spūs. pficientes sanctificationē in timore dei. Si enī cordibus z auribus incircumcisi sunt qui spūssancti monitis resistūt. teste beato Stephano. est vtiq; cordiū z aurīū circūcisio. Et si est cordiū z aurīū. est omnino exterioris z interioris bois nostri sensuū. Nā qui mulierē ad concupiscendū viderit. q̄ oculos sublimes habuerit. huius incircūcisus est visus. Quibus aūt dicit: Qui ē ex deo ꝝba dei audit. ꝓpterea vos non auditis. q; ex deo non estis. incircūcisi sūt auribus. Di vero quoꝝ os locutū ē vanitatem z dextera eor⁹ dextera iniquitat⁹ incircūcisi sunt lingua z manibus. Incircumcisi sūt quoq; gustu quos ꝙpheta redarguit cū dicit: Ve qui potentes estis ad bibendū vinū ꝛc. Olfactu ꝙo tacti sunt incircūcisi qui vnguēto z variis odorib⁹ sūt delibuti qui sequūt amplexus meretricis. mirrha z aloe z cynamomo cubile suū aspergentes. In circūcisi sunt gressibus. de quibus dicit: Contritio z infelicitas in vijs eor⁹ z viam pacis non cognouerūt. At ꝙo qui omni custodia cor suū seruāt. qui auertunt oculos suos ne videant vanitatē. qui sepiūt aures suas spinis ne linguā neq; audiāt. q̄ q̄ suauis est dñs gustāt. qui custodiūt vias suas ut nō ī lingua sua delinquāt. qui ad mandata dei q̄ diligunt man⁹ suas leuant. qui ab omni via mala ꝓhibent pedes suos. ut verbū dei custodiēt: Isti nimiꝝ oēs sensus suos petre spūalis exercitatio seo ñdūt hīe circūcisos. Petrus nāq; petre q̄ Christ⁹ est fide spe z charitate nō solū in baptismate ſ ī oī pfectione deuota purificāt beatoꝝ corda q̄ z ipsa quotidiana nostra circūcisio. id est. cōtinua cordis mūdatio. semp octaui diei sacramētū celebrare nō desistit quia nos in exēplū dīuice resurrectionis q̄ octaua die. i. p⁹ septimā sabbati facta est sācificare consuenit ut quō surrexit Christus a mortuis p gloriā p̄ris. ita z nos in nouitate vite ambulemus.

¶ De miraculo stellę noui regis indice Aug⁹ in sermone de epiphania dñi. ¶ Cap. XCV.

Post miraculuꝫ virginei p partu⁹ q̄ se diuino munere plen⁹ saluo pudor⁹ signo dū z boiꝫ

profudit vterus· deū· s· quē suscepat· hominem quē ex se deo actore formarat· int' obscuras cubilis oppressi latebras. z durissimi pspis angustias· in quibo mēbris contractionibus stabulabat infinita maiestas· inter crepitātes nescię querelę ploratus· ac pios infantis teneroscz vagit⁹ dum pendet ad vbera viliacz pannoz⁹ involucra patitur de⁹· repente de cęlo terrę nouū illuxit sidus· z totius mūdi dissipata caligine· noctem cōuertit in dię· ne dies clararetur in nocte. Dum enim roseę polū facies noctęcz fulgura natura decernunt astra· subito lumen insolitū extumescit natura. Panit stelliger aries· z astra tremula famulante cunis· qz ne deū in carne positu⁹ esse obscu⁹ z seruit cęlum· reddāt z ipsa sidera testimoniu⁹ ab ima cęli crepidine fomite vasto glob⁹ ingens surgebat· z vibrātes radios spargens p inanes auras anbelis pulsibus coruscabat. Leterant vndiqz cęlos apices flammisu p diuersa perrecti· inbarqz rutilā vndantes flammas latius largioribz diffundebat per totū cęli sid⁹ nouas facies z sinus suos longo micans ymbone trahebat recedētibus astris· ut luna per mediā cęli semitam pulcris aura motib⁹ ibat vterqz suū radiis aperiens lucentes cāpos placidis accessib⁹ honestabat· dāt ętbera locū· astraqz minora recedunt· ac stellarij ignes obtusi alieno fulgore rarescunt. Illa vero p ardua per queqz puia vadit· z grato cęlu⁹ stridore pfundit· vt plenū dnisto reddat obsequiu⁹· tęperat gradū· donec magos pducat ad puer⁹. Itaqz iam oīs terra deo credat· qz dnist⁹ natus e cęlo clamat. Natus in angalo· declaratur in cęlo. Nō enim pōt tantu⁹ nomē abscondi qđ apparet fideis indicio· publicarūt pastoribz angeli· magis stella demonstrat. Utriusqz loquit' lingua cęlorum· quia lingua cessauerat p̄pheta⁹. Pastores angelis credūt z ānūciāt· magi in cęlo aspiciūt z adorāt. Diuus quoqz igneū arsit· z frigidos gentiles accendit. Inuenit mag⁹ in nocte quē nidęus erat perditurus in die.

De cōmotione magorum ad indicium stellę. Leo papa i sermōe de eodē in⁹. Cap. XCVI.

ADroborandu⁹ quippe fidem quę cōtra omnes p̄munie bat errores· et magna diuini pietate cōsiliū factum est· ut gens in oriētalis plage longinqua regiōe cōsistens· signum pueri nati qui in isr' esset regnaturus acciperet. Itaqz stellę claritas illustrior apud magos apparuit· z sic intuentium animos admiratione sui splendoris implenit· vt nequaqz sibi negligendū crederent· qđ tāto indicio nūciari perspicerent. Hunc nempe miraculo sicut res docuit gratia dei p̄erat· z cū Xpisti natiuitatē nec adhuc ipsa bethleem tota didicisset· iam illā credituri gentibus inferebat· quodqz non de hūano poterat eloqo disseri· cęlo faciebat eu angelizante cognosci. Quānis aūt hoc diuinę munus esset dignationis ut cognoscibilis gentibus fieret natiuitas saluatoris· ad intelligendū tamen miraculu⁹ signi· poterant magi etiam de antiquis balaam p̄nunciationibus commoueri: scientes olim esse p̄dictum· z celebrata memoria diffamatum: Oriet⁹ stella ex Jacob· z exurget homo de isrāel. z dominabitur gentiū. Idem in tertio de eodem. Huius autem ineffabilis misericordię mānifestatio facta ē. Herode apud iudęos tenente ius regiu⁹· ut cessante successione legitima· pōtificū qz prāte destructa· obtinuerat aliena principatum· veri regis ortus illius prophetię voce p̄baret· q̄ dictū legit: Nō deficiet princeps de iuda· nec dux de femore eius· donec veniat cui repositū est· z ipse erit expectatio gentiū. De quibus· s· gentib⁹ Abrae quondā innumerabilis successio fuerat p̄missa· non carnis semine b

fidei fçcũditate generãda·7 ideo stellarũ multitudini cõpata·ut ab omniũ gentium patre separet̃ çelestis ꝓgenies nõ terrena. Ad creandã ergo ꝑmissaꝫ posteritatem hẽredes in fidenbus ꝺsignati·excitati sunt ortu fideis noui·ut in quo çli adhibitũ fuerat testimoniũ·çli famularetur obsequiuꝫ. Cõmonit magos habitatores orientis stella çteris fulgentioꝛ stellis·7 de mirãda claritate lumis sui viri adhuc inspectanda nõ inscij magnitudinem intelligant significationis·hoc agente ꝑculdubio inspiratione diuina ĩ coꝛdibus eoꝝ·ut eos tante visionis non lateret mysteriũ·7 qõ oculis ostendebat̃ insolitũ animis nõ esset obscuꝝ. Deniq; officiũ suuꝫ cũ religione disponũt·buꝰq; se donis instruũt·vt dum vnum adorãt tria se credere demõstrent. Auro scꝫ honorantes ꝓsonam regiam·mirrha humanam·thure diuinam.

De ẽrꝓssione loci et tpis dominice natiuitatis. Exglo. sup Mat. Cap. XCVII.

Scigitur euãgelista: Cũ natus esset ihesus in bethleẽ iudę in diebus Herodis regĩ ꝛc. locũ 7 tempꝰ notat·ut nos ĩ antiquę ꝓphetię memoriã reducat. Primũ emĩ·i·locũ Michęas pręnunciauit·cũ ait: Et tu bethleem terra iuda ꝛc. Tempus vero pędixit Danicl ꝓpheta. Cuꝫ venerit inquit sanctꝰ sancto ꝝ cessabit vnctio vestra. Hęc nimiꝝ impleta est ꝓphetia·qñ finito iudęoꝝ regno iam in illa gente sibi regnũ occupauerat Herodes alienigena: Cuꝫ autẽ bethleem nominat̃·addit̃ iudę·ad differentiã alterius bethleem q̃ scꝫ in galilea in tribu çabulon habebat̃. Chrysosto. sup Mat. Herodẽ euangelista quoq; nominans regem exprimit·ad differentiam alterius Herodis·s·tetrarchę qui Johannẽ interfecit. Petrus Rauen. Quid est autẽ q̃ tẽpore regis nefandi dꝰ ad terras descendit suaq; vinitatẽ carni miscuit. Herodes refuga gentis alienigenę·iudaicę gentis imperiũ inuadit·libertatẽ sustulit sancta ꝓphanauit·7 quicquid erat cultꝰ çcquid ordinis aboleuit? Merito ergo gẽti sanctę quia defecerãt humana·succurrerũt diuina·ipsiq; dꝰ affuit·cui hõ qui adesset ꝺfuit. Venit rex quasi tyrãnum expulsurus·patriam reditur. Venit Christus ut subruat̃ antichrist·oꝛb liberet̃·paradisi patria reddat̃·vndiq; sublata seruitute·tota libertas ꝓpetuet̃.

Chrysosto. vbi s. Siquidẽ 7 aꝰ priorem aduentum eusdẽ saluatoꝛ erat hominũ vita in extremis cõstituta malis Vnde scriptũ est: Sedentibꝰ in regione vmbrę mortis·luꝛ orta ẽ eis. Leo papa vbi s. Itaq; deficiente vbiq; iusticia·totoq; mũdo plapso ĩ vana 7 maligna·vbi iudicium suum diuina potestas differret·vniuersitas hominũ dãnationis sententiã exciperet. Uęꝝ in indulgẽtiam ira tranflata est·7 ut exercendę gr̃ę magnitudo clarioꝛ fieret tũc placuit absoluendũ hominũ peccatis sacramentuꝫ remissionis affeni quãdo iam nemo poterat de suis meritis gloriari. Huius autẽ manifestatio misericordię·facta ẽ ut diximus apud iudęos legitima regum successione cessante·7 Herode iam alienigena regnante.

De aduentu magoꝝ hierosolymis et inquisitione nati regis. Exglo. vbi s. Cap. XCVIII.

In diebus Herodis regis: Ecce magi venerũt ab oriẽte hierosolymis. Magi dicunt̃ ꝺ nõ malefici·ꝺ chaldęoꝝ ꝓpr. Di de genere Balaã ut dicit̃ fuerũt·a q̃ regẽ sumũ·s·stellaꝝ rectoꝛẽ nascituꝝ de illi audierũt. Et iõ quęrẽtes eũ hierosolymaꝫ vbi caput erat regni primitus aduenerunt. De terra persarum fuerunt·vbi est fluuꝰ saba a quo regio nominat̃·iuxta

quā est arabia vbi magi reges extiterūt Qui etsi tria munera obtulisse dicunt· non tamē ꝓpter hoc nō plures q̄s tres fuisse ꝓbantur. Venerūt autē tertiadecīa die post saluatoris ortū·ꝫ non post annū trasactū·qz tunc nō inuenirēt i p̄sepio sed in ęgypto. **Marimus i sermone de eodem.** Bene autē ab oriente stella duce dicūtur ꝓperare qui sempiternum orientem venīūt adorare. De quo scriptum est: Visitauit nos oriens ex alto illuminare his qui in tenebris ꝫ in vmbra mortis sedent. **Bern̄ in sermone de eodem.** Merito sane ab oriente qui solis iustic̄ie nobis nouū ortū annunciant·lętisq; rumoribꝫ totū mundū illuminant·nisi q̄ infęlix iudęa quia lucem oderat·ad fulgorē nouę lucis obtenebratur·ꝫ ei⁹ oculi caligātes·solis ęterni radio comlcante·multo magis excęcā tur. **Marimus vbi ō.** Ecce christum nō habēt·habere volūt ꝫ inuenire contendūt. Judęus deū suū refugit·pa ganus inquit·qđ primus nō agnouit alienus intelligit·Cētilis stellā Christi vidit ꝫ venit·iudęus christū vidit ꝫ inuidet·sicut scriptura dicit: In ꝓpria venit ꝫ sui eum non receperūt. Vere iudęa durissima sua infidelitate cęcata·non videbat q̄ stella radiabat·nec q̄ angeli conclamabant audire poterat. **Fulgentius in sermone de eodez.** Vbi est inquiunt qui est rex iudęoꝝ: Quid ē hoc fratres ut isti magi regem iudęorum adorādū quererēt·cū ipsi iudęi nō ęssent? Et quē regē? Utiq; non Herodē·nec regem ante annos aliquot ordinatum·ſ Christū regem nuper natū. Quis ē iste rex iudęoꝝ? Pauper ꝫ diues·humil⁹ ꝫ sublimis·puus in p̄sepio·immensus in ęlo·vilis in pannis·pręciosus in stellis. **Bern̄ vbi ō.** Et vide q̄s certa sit fides magoꝝ nihilq; penit⁹ hęsitās dicentiuꝫ: Vbi est qui natus ē rex iudęorum? Non enī quęrūt vtꝫ rex iudęoꝝ natus sit·sed fidenter vbi qui natus est rex ęoꝝ sit. **Bło. vbi supꝛa.** Est itaq; confusio iudęoꝝ vbi christi natiuitatem discūt a ꝑbis gentiū. Hi quidem natiuitatem eius p̄dicant·qui locū nesciunt·iudęi locum insinuāt·qui temp⁹ aduentus non cognoscunt.

De ꝓpꝛietatibus illius noui sideris Marim⁹ vbi supꝛa.

Cap. XCIX

Vidimus inquiunt stellā eius in oriente. Bene dicit ei⁹ quia q̄s omnes ab eodē creatę stellę sunt ipsius· hec tñ ꝓprie Christi erat quę specialiter illius aduentū monstrabat·Et ęterarū quidem multitudo stellarum facta est ut huius mundi tempora cursusq; distingueret. Hęc autem prodire iussa est·ut ipsum mundi dominum ac regni ęlestis adesse tempus ostē deret. **Chrysosto. super Mat. omel. vj.** Huius nouas sideris tribus indicabatur signis. Primo quidē quoniam ab oriente venit ad meridiem· Sic enim iuxta locorum situꝫ palestina spęcta ad persidem cum solem ꝫ lunam ꝫ astra ętera ferri videamus ab oriēte in occidentem. Deinde vero quia nō i nocte lucebat·ut ętery·sed clara luce superās ipsos quoq; radios solis ꝓpio quodā fulgore. Tertio veniętq; et ipsa lucendi iterpollatione. Nam vsq; ad palestinam venientiꝫ magis semper apparuit quasi duꝫ itineris. Cum autem hierosolymam venissent·illa se abscondit·ꝫ iterum exeūtibus apparuit vsq;dam veniens supra domum vbi puer erat stetit.

Fulgentius vbi supꝛa. Ergo si nescis veram huius pueri veritatē·attende stellam in ęlo fulgentem·magos ꝓcedentem ꝫ iter ignorantibus ostendentem. Hęc stella nūq̄ ante apparuit· quia nūc eam puer iste creauit·ꝫ magos ad se venientibus ꝓpriam ꝓpetauit· Iste puer in ꝑsepe q̄dē paruul⁹ collocat· ſ magnus in ęlo mirabiliꝫ opat. Permittit se manibꝫ in terra portari·ſ ꝓpit

sibi celestia famulari. Sic enī fuit veraciter intimanda pueri hui⁹ naturalis diuinitas ⁊ naturalis hūanitas: vtraq; naturaliter vera: vtraq; vnita: nec ī se inuicem confusa: nec a se inuicem separata. Ipsum enim Maria filium habuit de se natū: cui stella debitę seruitutis exhibuit famulatus. Magi ergo stella nūciante venerūt: ⁊ filium virginis cum deę deum ⁊ hominē cognouerūt. ¶ Aug⁹ in sermone de eodem Stella quidem eis loqui vel excellentiaꝫ eius pręsignare non potuit: nouū tm ⁊ singulare sidus effulsit: ⁊ illos etiā qui solent sidera diligenter intueri: nouo miraculo exercuit vel exterruit. Nūq; tali stella talis est significatus: quia nunq; talis est natus. Verūtm quis esset: vbi esset: quotus rex esset: ⁊ si sidus illud tacuerit: sed quęrentia oras ⁊ pulsantia corda non fraudās alio mō sine dubio petentibꝰ reuelauit: qđ indicare stella non potuit. Quę qdē modū scriptura nō dicit: sed prudētibus intelligendū reliquit: ⁊ in ipsa narratiōe vnde hoc intelligere possumus ostendit. Cum enī bethleem ciuitas Iuꝺe scripturaꝝ a iudęis cōmemorata eēt: vbi nasci christum oporteret: qꝛ dom⁹ latebat vbi dei verbū infans iacebat. Eadem stella magos duxit ad domū sub cui⁹ tecto erat q̄ fecerat mūdū: ⁊ quem nūciauerat cęlum. Nec⁹ potuit precedēnb⁹ sideris fulgor eos cōducere: sed vt ad Herodē nō reuerterent: per sōniū admoniti leguntꝰ q̄ scꝫ Herodes se velle dixerat adorāe quē capiebat occidere. Ita qđ cloq; stella nō potuit: alia reuelatione deus mōstrauit. Hic etiā intelligendū est: non per solam stellaꝫ q̄uis oculis suis insolita experta luce fulgidam magos in oriente potuisse cognoscere. Quis nam tanti sideris esset dignus significatione: cuius testis ille fulgor existeret: quęꝫ clarum tāta claritas nunciaret?

¶ De tempore pręmę illi⁹ apparitionis. ¶ Cap. C

Cum magna siquidē admiratione quęrentibus quid sibi vellet: ⁊ quo pţineret q̄ in cęlo sidus nouū apparet: nō vtiq; loquente sidere ipso: sed aliter intimatū est quis descendisset de cęlo: iaceret in carne sub cęlo. Tunc nimirum intelligit indicatū cuius esset stella quę iam diu videbatur quādo natus ē qui per illam significabatur. Nam ferme biennio visa est mirantibus quid esset. Sed postea christo nato magis reuelatum est iam non sid⁹ esse mirandum: sed eum qui sidere pręnūciatus fuerat adorandum: ipsumq; regem esse indęorum. Tunc igitur ab oriēte venerunt ⁊ ipsa die epiphanię illuꝫ adorauerunt: quem ante paucos dies natum esse: illamq; stellam quę sibi per biennium apparuerat: eius fuisse didicerunt. Hic dicit aliquis: Illam stellam apparuisse biennio vnde monstrari potest: verba recolamus euangelię. Herodes nempe cū a magis fuisset illusus q̄ in somnis moniti noluerūt ad eum redire: ne indicarent vbi Christus fuisset inuentus: occidit infantes a bimatu ⁊ infra: videlicet sm tēpus quod exquisierat a magis: vt dicit euangelista. Ecce vnde ostenditur non tunc primum quando natus est Christ⁹ hoc est ante paucissimos dies stellā apparuisse: sed biennij tempore pręnūciatione sidera fulsisse. Quę tunc quidem cui⁹ esset est cognita quando magi quem in cęlo iam viderant pręsignatuꝫ: missi sūt adorare in terra. Si quis autem quęrit: Cur per biennium pręnunciatū christum stella clarucrit: Nūt videri duos⁹ annis duo pręcepta significari: dilectionis scꝫ dei ⁊ proximi. Ipse quippe duobus his pręceptis consummauit verbum: cuius duobus annis stella pręnunciabat aduentum. Et q̄ infinite per multa legi ⁊ prophetarum mādata videbatur diffusum: est ista breuitate cōclusuꝫ. Possunt in his duobus annis etiam duo testamenta intelligi. Non enim alius est auctor legis qua terremur: ⁊ alius gratię

qua iuuamur· cum ipsius voce dicatur: Si crederetis moysi crederetis ꝛ mihi. Ipse nimirū est dei sapientia· de qua dictum est· q̄ legem ꝛ misericordiā portat in lingua. Sed q̄ per duos annos duo potius rēpora possūt accipi. Etiā ꝟ duos possumus intelligere aduentus Christi· scz vnum humilitatis· alterus dānatis. Duas quoq; nostras generatiōes· vnā q̄ in carne nascim̄· aliā qua in fide renascimur. Ille nanq; qui omnia fecit vtiq; ambarū auctor exhibit. Exultemus ergo ꝛ iocundemur in eo quē panni involuerant· ꝛ āgeli nunciabāt· qui vbera sugebat· ꝛ lactantes matres faciebat· qui ī ꝓsepi iacebat· ꝛ inter astra fulgebat· quem regē sempiternū gentibus adorandū nō vidēmatis gēme sed celestis stella mōstrabat.

¶ De magorū audacia et fidei virtute. Chrysos. sup Mat. li i. ¶ Cap. C.I.

Enimus inquiant adorare eū· videlicz regem iudeoꝝ. Venerūt igitur ad gentiū indicium· ꝛ ad iudeoꝝ iudiciū· illorum scz pphetārum futurā fidem· ꝛ istorum incredulitatem cōtinentes ꝓsentem. O beati magi qui ex omnib⁹ gentibus primitie fidei meruerūt fieri. Nūquid nesciebāt in hierusalem regnantē Herodem? Aut nō intelligebāt legis iusticiā· quia q̄cūq; rege viuente regē alterū ꝓnūciat· ꝛ adorat· quasi minister tyranni punitur sanguine? Sed dū considerabāt futurū regem· non timebāt ꝓsentē. Adhuc Christum non viderāt· ꝛ iam pati ꝓ eo parati erant. ¶ Fulgentius vbi supra. Venim⁹ inquiunt adorare eū. Quem? Vtiq; regem· sed nō Herodem. Adorare cupiunt infantē lactentem· nec adorant regem q̄lis imperantes. Nam ꝛ de Herode rege iudeoꝝ filij iam fuerāt nati· qui erāt ꝓpe mortuo regnaturi. Mortuo enī isto Herode Archelaꝰ in iudea regnauit· ꝛ galileę pīāpatū iunior Herodes obtinuit. Archelaus natꝰ est ī palatio· Christus in diuersorio. Archelaꝰ natus· in lecto argēteo ē positꝰ. Christꝰ autē natus· in presepio est brecissimo collocatus. Ille fortitan ꝓciosis indutꝰ est sericis· iste vilissimis inuolutus ē pannis Et cū ille natꝰ in palatio cōtēnit· iste natus in diuersorio quęrit. Ille nullatenꝰ a magis nominat· iste inuentus supplicit adoratur. Omnino ꝓmittur primogenitus regis· ꝛ muneribus honorat̄ primogenit⁹ pauperalę mulieris. Quis ē iste rex iudeoꝝ qui portatur ut puer⁹ ꝛ adoratur ut deus? paruus in presepio imensus in celo· vilis in pannis· preciosus in stellis. ¶ Beri. vbi ū. Et vos igitur egredimini filię sion ꝛ videte regē Salomonē. Vos inq; ꝛ seculares aīe rebiles· ac delicatę filię sion· scz ꝛ nō filij· in quibus nihil ē fortitudinis· nihil virilis aī: Egredimini de sensu carnis ad intellectū mentis· de seruitute carnalis ꝓcipisce ad libertatē spūalis intelligētię. Egredimini de terra vestra ꝛ de cognatione vestra· ꝛ de domo patris vestri· alioquin non erit tutum ecclesiastē videre ipsum. Ipse enī qui Salomon· id est· pacific⁹ est in exilio· ecclesiastes· id est· ꝓcionator erit in iudicio· id est· dilect⁹ dñi in regno. In exilio māsuetus ꝛ amabilis· ī iudicio iustus ꝛ terribilis· in regno glorioſus ꝛ admirabilis· Egredimini ergo· ꝛ videte eū ī diademate qua coronauit eū mater sua· in corona pauptatis· in corona quoq; miserię. Diquidē coronat⁹ ē ꝛ a nouerca sua corona spinea· corona miserię· coronādus a familia sua corona iusticie· quando contra insensatos pro eo pugnabit orbis terrę. Coronat eum ꝛ pater corona glorię· sicut psalmista dicit· quia gloria ꝛ honore coronasti eum domine. Itaq; coronam glorię parunli propter nos regis nostri suscipite· ꝛ vna cum magis quorum fidei deuotio nobis in exemplum ꝓponitur humanitatē ipsius adorate.

De Herodis turbatiõe Greg⁹ in omel. de eodē ¶ Cap. CII.

Audiēs autem herodes rex turbat⁹ est ⁊ oīs hierosolyma cum illo. Cēli rege nato rex terr̄e turbat⁹ q̄ nimirū altitudo terrena cō fundit⁹ cū celsitudo cēlestis aperitur. **Maximus vbi s̄.** Turbat⁹ rex metuens regno suo. ℞ quippe nesciens quia christus nō veniebat regnū eius inuadere sed saluare. quia nulli mortē inferret q̄ vita cūctor̄ esset. ¶ **Fulgentiꝰ vbi s̄** Quid est herodes q̄ sic turbar̄. q⁹ natum regē iudeor̄ audis? Suspicionib⁹ agitaris. inuidię stimulis inflammaris. ⁊ ob hoc regē natū occidere conaris. Inanis ē ista turbatio tua. vana prorsus cogitatio tua. Rex iste qui natus nō venit reges pugnādo superare. sed moriendo mirabiliter subiugare. Nec ideo nat⁹ est ut tibi succedat. sed in eū mūdus fideliť credat. Venit enī ut nō pugnet vinus. ℞ vt triūphet occisus. Nec ut sibi de alīo gētib⁹ auro exercitū quęrat. sed ut saluādis gentibus p̄cioſū sanguinem fundat. Inaniter inuidēdo timuisti successorem quē credēdo debuisti quęrere saluatorē. quia si in eū crederes cū eo regnares. Et sicut ab illo accepisti tp̄ale regnum. acci peres etiā sempiternū. Huⁱ⁹ enim pueri regnū nō est de hoc mūdo. sed p ipsū regnatur in mūdo. Ipse est enī sapientia dei quę dicit ī Prou. Per me reges regnant. Puer iste verbū dei ē. virt⁹ ⁊ sapientia dei est. Si potes dei cōtra sapientiam cogita. In tuā proiectē versar̄ ⁊ nescis. Tu enī regnū nullaten⁹ babuisses. nisi ab isto puero q̄ nūc nat⁹ ē accepisses. Puer iste q̄ nūc a magis rex dicit iudeorum. idem creator est ⁊ dñs angelorum. Qua ꝓpter cuius times infantiā nascentis. magis timere debes oīpotentiā indicantis. Noli ergo cū timere regni tui successorē. sed time infidelitatis tuę institorē. Vtinā cū magis adorantibus. etiā tu pariter adorares. ⁊ non ad eum magos fraudulēta calliditate mandares. ¶ **Aug⁹ i sermone de eodē** Ecce timuit rex herodes dū magi quęrerēt adhuc paulū quē ęclo testāte iā cognouerat natū. Quid erit tribunal iudicātis. qū̄ superbos reges cuna terrebat infantis? Timeant nunc reges ad p̄ias dexterā iam sedentem. quē rex impie timuit adhuc mīs vtera lātentē. ¶ **Glo. vbi supra.** Turbata est etiā oīs hierosolyma cū illo videlicz ꝓpter famorē q⁹ timebāt herodez. ¶ **Beda i sermone de eodem.** Nec mirū frēs si turbatus est herodes vbi nomē regis audiuit. q⁹ successorē suspicat⁹ erpauit. Hz q⁹ hierusalē ciuitas dei quę visio dicit pacis cum herode turbat⁹. quis nō miret? Videte ergo q̄tū iniqua p̄tās nocear. quō caput impiū subiectos q̄z impietati suę cō formet. Misera plane ciuitas in qua regnauit herodes. qū̄ herodianę sine dubio p̄ticeps erit malicię. ⁊ ad nouę salutis ortum mouebit herodiana turbatione. Herodiana nēpe malicia ⁊ babylonica crudelitas ē nascētē velle religionē extinguere. ⁊ paulos ysrl allidere. Hi quis enī ad salutē p̄tinēs. si quid religionis orit. quicūq; impugnat plane cū egy ptijs paulos necare conat. imo cū herode nascētē saluatorē psequit.

De iḡsitione loci nativitatis et prophetia Michee. Glo. vbi s̄ ¶ Capitulum CIII.

Et congregās oēs p̄ncipes sacerdotū ⁊ scribas populi sciscitabatur ab eis pal. scs sub specie religionis vbi christ⁹ nasceret. sic cū vocās. q⁹ nouerat morte iudeorum oleo reges inūgi. p̄cipes sacerdotū vocant pōtifices. scribe vo p̄cepto⁹ mosaliū latores. At illi dixerūt ei: In bethleē iudę. Sic enī scriptū ē p̄pbas videlicz Michęā: Et tu bethleem terra iuda nequaq̄ minima es in p̄ncipib⁹ iuda. Nec scribę oblīonis arguunt. q⁹ non ipsis

prophete verbis vtuntur. vbi enī dicūt in principib⁹ hebreas habet in milibus. Et ē sensus: Licet sis paru⁹ vicul⁹ cōpata ciuitatib⁹ iuda vbi sūt tanta mīa nō tñ es dignitate. s. minima. **Chrysos. sup Mat. omel'. vij.** Potest autē sic illud intelligi verbū: in principibus. i. inter principes tribuū. Et te enī exiet iuāt dux qui regat populū meū isrl. Quidam dicūt ℔ de Zorobabel dictū fuisse. verū neq; Zorobabel ortus est in iudea ℔ in babylone: vnde ꝛ accepit sortē nominis Nec sibi cōpetit. qō sequit ꝙpba. s. Egressus eius a diebus eternitatis. Et notandū q̄ inter initia loquebant' ꝙphe nōtā de christi dignitate. q̄ℓ de benedictio quod cōferebat in indeo⁹ plebe. Vnde ꝛ cum partus virginis instaret dictū est: Ipse enī saluū faciet ꝓplm suū a peccatis eoꝝ: Magi quoq; nō dixerunt: Vbi est qui natus est filius dei. sed rex iudeorum. Ita nec propheta Michēas dixit: Et te procedet dei filius. sed ex te exiet dux. Oportebat enī cū descensorio interim ꝛ humiliore sermonis ingressu institui ℔ dicationis exordia. ne tanti mysterij nubes adhuc animos in scandalū suscitaret dū as subito patefacta. Quātacūq; ℔ de illo scripturę initio testimonia pferant. nihil de illo ℔ipuū. nihil sublime sonāt. nec oio tale quid quale postea q̄ℓ processit in medīū ipsa clamabāt documenta signoꝝ. Nunc ꝛ de ipso qui tot⁹ orbis rector erat. q̄ ꝓplm iuāt meū isrl regat. Nolens enī interim suscitare iudeis scandalū. sermonē celauit de vocatione gentiū. ¶ **Leo papa in sermone iiij.** Tres itaq; viri fulgore sideris insoliti diuinit⁹ incitati. ℔ quū micātis luminis secuti sūt cursū. existimantes se hierosolymis ciuitate regia repturos puerum designatū. sed cū eos hec opinio fefellisset. p scribas ꝛ doctores iudeoꝝ didicerunt. quid sacra de ortu christi scriptura ℔nunciasset. ut gemino confirmati testimonio fide ardentiores expeterent. quem ꝛ stellę claritas ꝛ ꝓphię manifestabat autoritas. Prolato vero per respōsa pōtificum oraculo diuino q̄ facile q̄ℓ cōsequens fuit ut hebreoꝝ proceres crederēt quod vocebant. Sed apparet illos carnalit' cū Herode sapuisse. ac regnū christi cōmune cū hui⁹ mūdi potestatib⁹ estimasse. ut ꝛ isti tēporale sperarēt lucē. ꝛ ille terrenū metueret cōsortem. ¶ **Glo. vbi ℌ.** Ex hoc autē quod pontifices ꝛ scribe respōderunt patet q̄ non ex ignorantia sed ex cordis duricia credere nolu erunt. Ecce enī locū natiuitatis exprimūt quem testimonio scripturę didicerūt. ut ipsa eoꝝ scientia fieret illis ad testimonium dānationis. ꝛ nobis ad autoritū credulitatis.

¶ De simulata Herodis religione. ¶ Cap CIIII.

Tunc Herodes clam vocatis magis. remotis scz sacerdotibus ꝛ scribis. diligēter didicit ab eis tēpus stellę quę apparuit eis Nam q; locū natiuitatis christi didicerat. quādo nasceret' explorat. ¶ **Chrysosto sup Mat. vbi supra.** Patet vero stellam aīi multum tēpus apparuisse. quia si q̄ natus est puer eis apparuisset in perside. plurimū tempus quidē tenerent in itinere. Nec illum possent ad huc in pannis inuenire. **Glo. vbi ℌ.** Cum aūt Herodes locū ꝛ tēpus ꝓgnouisset. restabat ut ꝛ personam non ignoraret. vnde ꝛ mittens eos in bethleem dixit: Ite ꝛ interrogate diligenter de puero ꝛ cū inuenieritis renūciate mihi ut ꝛ ego veniens adorem eū. Hoc dicit ut alacrius redeant per eū. ꝛ indēi quid rei eorum futurus erat non occultent. ¶ **Greg⁹ vbi ℌ.** Cognita quippe natiuitate regis ad callida argumenta cōuertit' ne regno terreno priuetur. renunciari sibi vbi puer inueniatur postulat. adorare se velle simulat. ut quasi hūc si inuenire possit extinguat. ¶ **Chrysosto. vbi supra.** Huic similes esse probantur qui sacra

mysterij coīone indigne abutimur. Adorare quippe se fingūt · z cū q̄tum in ipsis est interimūt · iuxta illud apostoli: Qui mā ducauerit inquit z biberit indigne reꝰ erit corporis z sanguinis dñi. ¶ Leo papa in sermone j. Herodes successorē in regno suspicat⁹ expauit · z molitus necem salutis auctori falsum obsequium spopondit · quā sēlix potius foret si magoꝝ imitaretur fidē · z ad religionē conuerteret quod desponebat ad fraudē O ceca emulationis stulte impietas quę perturbandū tuo furore diuinū consiliū putas. Dominus mundi temporale nō querit regnū qui pręstat eternū: quid incōmutabilem dispositaꝝ rerū conaris ordinem euertere · z alioꝝ facinus ꝓoccupare? Nota christi non est temporis tui Ante cōdendū euangeliū · ante ꝓdicādū est dei regnū · ante sanitates donāde · aīm miraculoꝝ ꝗ turas faciēde: Cur qđ alieni virtutis futurū est operis tui, vis esse criminus z non habiturus effectū · in solū te reatū ꝓcipitas volūtati: nihil hac molitione proficis · nihil pagis · qui natus ē volūtate · morieꝝ arbitrij sui potestate.

¶ Idem in iiij. Superfluo timore turbaris frustra q̄ in suspectum tibi puerum seuire molīris. Nō capit christū breuitas tuę regionis · nec mūdi dñs angustijs ꝓtent⁹ est tuę potestatis. Ubiq̄ regnat quē in iudęa regnare nō vis · z sēlicior regnares · si eius imperio subderēris. Cur officio sincero nō facis qđ subdola falsitate ꝓmittis? Cū magis pergе ac verum regē supplicіter adorādo venerare. Sed tu iudaice sequacis cęcitatis non fidē gentiū imitaris coꝝ puerū ad crudeles insidias cōuertis · nec illū occisuꝰ quē metuis · nec illis nociturus quos petimis.

De ducatu stelle vsq̄ ad locū pueri. Glo. vbi supra.

Cap. CV.

Cum ergo magi regē audissent · ut eū s. pium existimantes obedirēt · abierūt · s. ut puerꝝ in bethleem quęrerēt. Et ecce stella quā viderant in oriente antecedebat eos continue. ¶ Chrysosto. super Mat. Propter hoc aliquādiu abscondita fuerat ut amittēres subito itineris sui ducē interrogare iudęos de puero cogerentur sicq̄ res in omniū noticiā publicaretur. ¶ Beda vbi supra. Hāanū quoq̄ flagitantes cōsiliū diuinū amisere ducatū · z cōuersos ad terrenū documētū celeste deseruit signū. ¶ Glo. vbi supra Unde z relicto Herode cōtinuo gauisi sūt valde. Stella. n. ąñcedebat eos semper vsq̄dū veniēs staret sup̄ vbi erat puer. Nō. n. vias sideꝝ tenuit sī vt domum discernere possent · domui multū vicina stetit: q̄i diceret: Aug⁹ in ser. de epiphania Hic est quē natū esse testabar Ut eū christo plenū redderet obsequiū tęperauit gaudiū · donec magos ꝓduceret ad puerū · mōstraret tectū. Ingrediatur ergo parui supplіciter gentilis hospitium · confiteatur muneribus hominem deum · z sic adoret regem nostrum pānis non purpureis inuolutum. Aspexit tunc magus · obstupuit astrologꝰ · putauerūt fatum sed fuit signum. Nam vis certius id nosse: obsequiū prębuit non imperiū · addurit supplices · ostēdit hospitiū. Radiabat amplissimo lumine · tecta nati ꝓfudit sicq̄ discessit. Noccine ē fatū dare an seruitutē exhibere? O infantia cui z subdūtur astra. Cuius est iste magnitudinis supnę glorię ad cuius pānos z angeli excubant z sidera obsequiū dant · z reges trepidant · z sapięnę sectatores ingeniculāt. O beatū tugurium · o sedes dei secūda post celum · vbi lucebat nō lucerna sed stella. O celeste palatium in quo habitabat non rex germanus sed deus incorporatus · cui pro mollib⁹ erant thoris dura presepia · pro laquearijs aureis fumea culminum tecta · sed sideris obsequio deaurata. Fuerat homo corpore circumscriptus ampla palacia pęctoris z diuersorum colorum marmorum crucis atq̄ fulgentibus bracteis ꝓciosa exornet

edificia. Non delectatur deus in lapide duro cū vult succurrere mūdo. O mūdi natura quis est iste cui exhibet obsequium z non habet tectum sed ī presepi dat vagitum. Stupeo cum mundo pānos z intueor celos. Estuo cum in presepi cerno mendicum z super astra psalatum. ꝙ quia nature ratio deficit fides nobis sb̄veniat. Et audiam⁹ quę verba nobis respondeat: Panni siquidem ait isti vagitus infantia humani generis est nativitas nova quia interierat homini natura peccati stella vero fulgens z mag⁹ accurrens regis est nativitas patens.

¶ De introitu magorum z adoratione pueri. Hlo. vbi supra. ¶ Cap. CVI.

Videntes aūt magi stellam gavisi sūt gaudio magno nimirum eo quem desiderauerant invento. Et hęc quidē stella dominice nativitatis nuncia quę nunc̄ p⁹ apparuit: sed etiam tunc cum puer creauit quando magis piscium deputauit z officio peracto mox esse desiit. Et intrā tes domū ī illud quod lucas commemorat diversorium invenerunt puerum cū Maria matre eius. Sed cur etiam non Joseph cum Maria perhibet inventus? Ne videlicet aliqua gentibus daret male suspitionis occasio quę primicias suas ad suum salvatorem adorando miserunt stati eo nato. ¶ Chrysosto. super Mat. li. j. Quid autem gloriosū videntes in puero gavisi sunt qui regem quęrentes tanti laborem itineris susceperunt? Nunquid viderunt palaciū marmoribus splendidum? Nunquid coronatam viademate matrem puerum auro z purpura involutum regia diversis populis personante? Sed quid? Pandochium tenebrosum z sordidum z magis animalib⁹ q̄ hominibus aptum in quo nemo contentus erat etiam secedere nisi coactus itineris necessitate matrē eius vix vnam tunicam habētem z qualem poterat habere vxor carpētarij etiā peregre constituta puerum sordidis pānis involutū z in presepio sordidum positum. Sed quia illi regem celestem non terrenum quęrebant z si nihil in eo regale videbant tamen solius stellę testimonio contenti gaudebant: vnde z adoraverunt eū. Putas infantem non intelligentem adorassent nisi divinum aliquid i eo credidissent? ¶ Hlo. vbi supra. Procedentes inq̄t adoraverunt cum s̄ in carne verbum. Et ideo procedentes quia omnis adorator omnem fastum z p̄fidentiā sui deponere debet vt quem corpore reiectionem p̄fert ī oculis dei animo gerat cōtritiq̄ cordis z humiliati victimam offerens deo se curandum cōmittat. Bern̄. vbi supra. Sed vñ vobis hoc o alienigenę ut a vobis adoretur christus? Neq̄ enim in israel tantam fidem invenimus. Sic nec vos offendat vilis habitatio stabuli non pauperies cunę presepiq̄. Non vos pauperis matris p̄sentia non lactentis scandalizet infantia. ¶ Idem in eodem. Quid facitis o magi quid facitis? Lactentem puerum adoratis in vili tugurio ī vilib⁹ pānis. Ergo ne deus est iste? Certe deus in templo sancto suo z vos eū quęritis in vili stabulo in matris gremio? Nonne timendum erat fratres ne viri isti scandalizarētur ut illusos se crederent cum tā indigna viderēt? A regia civitate vbi regem quęrendum esse conjectabantur ad bethleem villam parvulam dirigūtur. Ingrediūtur stabulum invenerunt involutum pannis infantulum. Non illis sordet stabulum non pānis offenduntur non lactentis infantia scandalizātur: procidunt ante eum venerantur ut regem adorant ut deū. Sz profecto qui illos adduxit ipse z instruxit: z qui per stellaz foris admonuit ipse in occulto intus edocuit. ¶ Leo papa in sermone de eodem. Et ō quidem quātū ad illuminationem fidei

pertinebat illis sufficere poterat ut tuitu corporali nō inquirerēt qd̄ cred tum ꝛ intellectum plenissimo visu mortis inspicerent. Pi diligentia sagaci officiꝫ dū vsqꝫ ad vidēdum paꝛ perseuerabat futuri temporis hominibꝰ sinebat· vt sicut profuit nobis omnibus q̄ post resurrectionem domini vestigia vulnerum in carne ipsius explorauit apostoli Thomę man⁹. Pic ad nostram vtilitatem proficeret q̄ eius infantiam magozum probauit aspectus. Viderunt igitur ꝛ adoꝛauerunt puerum quātitate paruum· alicnę opis indiguum· fandi impotentem· ꝛ in nullo ab humanę infantię generalitate dissimulem· quia sicut fidelia erant testimonia quę in eo maiestatem inuisibilis diuinitatis assererent· ita probatissimum esse decebat verbum dei veraꝫ hominis susceptisse naturam· ne vel ineffabilium operum fecutura miracula· vel excipiendarum supplicia passionum fidei sacramentum ex rerum diuersitate turbarent· cum omnino iustificari non possint nisi qui dominum Jesum ꝛ verum dū hominem credidcrunt.

¶ De mysticis eoꝝ muneribus Idem in primo.

¶ Cap. CVII.

Onsūmant ergo desiderium suum ꝛ stella pręeunte perueniunt ad puerum dominum Jesum christum· adoꝛāt in carne verbū· in infantia sapientiam· in infirmitate virtutem· ꝛ in veritate hominis dominum maiestatis. Vtiꝫ fidei suę sacramentū intelligentiꝫq̄ manifestent quod cordibus credunt· muneribus protestantur· dum thus deo· mirrham homini· aurum offerunt regi· diuinam humanamq̄ naturam in vnitate personę venerāt. Qd̄ enim erat in substantijs proprium· non erat in potestate diuersum. ¶ Fulgētius vbi supra. Attende ergo quid obtulerunt· ꝛ agnosces quid̄ crediderūt. Per hoc enim tria munerum genera q̄ ab eis offeruntur in vno eodemq̄ christo ꝛ diuina maiestas ꝛ regia potestas ꝛ humana mortalitas intimatur. Thus nimiraꝫ ad sacrificium. Aurum pertinet ad tributum. Mirrha vero ad sepulturam mortuorum. Pęc omnia fides sancta Christo veraciter offerre non desinit dum vnum eundemq̄ verum deum regem ac verum hominē credit· ꝛ pro nobis vere mortuum recognoscit. In oblatione thuris confunditur Arrianus· qui soli patri sacrificium offerri debere cōtendit. In oblatione mirrhę p̄fundit⁹ Manichęus· qui christum vere mortuum p̄ nostra salute nō credit. In auro vero simul vterq̄ confunditur· quia ꝛ Manichęus de semine Dauid fm carnem natum non credit regem· ꝛ Arrianus vnigenito deo naturalem assignare nititur seruitutem. Prionde vterq̄ non experiet⁹ regem a quo per fidē regatur· sed a quo pro infidelitatis crimine puniatur· quia ab vno diuinitat⁹· ab altero carnis veritas denegatur. In eisdem etiaꝫ muneribus confunditur Nestorius· qui christū nititur in duas personas diuidere· cū viderat magos nō alia deo ꝛ alia homini· sed vni deo ꝛ homini eadē munera supplices obtulisse. Non ergo diuidatur ī personis qui non inuenitur diuisus ī donis. Propterea quippe vnus idēq̄ istis muneribus honoratur· vt vnus idemq̄ deus ꝛ homo cognoscat⁹. Ista oblatio magozum cōfundit etiam Eutichetis insaniam· qui non vult in christo vtranq̄ verā prędicare naturā. Veritatē quippe istorum munerum tollit dum in christo vnam naturam prędicare contendit.

¶ Bern. vbi supra. Verum quid facitis o magi quid facitis· q̄ lactentem puerum in tugurio in pannis vilib⁹ adoratis· eiq̄ thuris oblationem impēdit⁹? Ergo ne iste est deus? Dominus vtiq̄ deus· non in stabulo sed in celo sedes ei⁹ Et vos eum queritis ī vili stabulo· ī matris gremio? Quid facitis q̄ ꝛ aurum

offertis? Ergo rex ē ipse? Et vbi aula regia. vbi thron⁹. vbi curię regalis frequētia? Nunquid aula est stabulū. thronus presepiū. curię frequētia Joseph ⁊ Maria? Quō ita ⁊ispiētes facti sūt viri sapiētes. ut adorent paruulū despicabilē tam sua ętate ꝙ̄ paupertate suorū? Jnspiētes facti sunt ut fierēt sapientes. ⁊ prędocuit eos spūs. qđ postea prędicauit aplus. Qui vult esse sapiēs fiat stult⁹. vt sit sapiens.

De mortalib⁹ nostris oblationibus. Fulgentius vbi supra. ¶ Cap. CVIII.

QUE nos itaq; fratres offeramus christo indubitanter in fide quod magi obtulisse ꝓgnoscuntur in munere. ut vere diuinitati humanitatiq; ꝓfessio ipsa sit apud christū nostra fidelis oblatio. ¶ Greg⁹ vbi s. Nato dño aurū offeramus ut cū vbiq; regnare fateamur. Offeramus thus. ut credam⁹ q̄ is qui in tēpore apparuit añ tēpora deus extitit. Offeram⁹ ⁊ mirrhā vt cū quē in sua diuinitate credimus impassibilem etiā in nostra carne fuisse mortalem. Aliter aūt in auro sapientia designatur. sicut per Salomon dicit. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure qđ deo incendit virtus orationis exprimitur. sicut Dō testatur Dirigatur inquit oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo. Per mirrham ꝙ carnis nr̄ę mortificatio figurat. sicut ecclesię voce de suis oparij dr̄q; ad mortē ꝓ deo certantibus dicit. Man⁹ męę distillauerūt mirrham. Itaq; nato regi aurum offerimus. si in eius cōspectu. claritate superne sapiētię resplendemus. Thus offerimus si cogitationes carnis per sancta orationū studia in ara cordis incendim⁹. ut aliquid suaue deo ꝑ celeste desiderū redolere valeamus. Mirrhā offerimus si carnis vitia per abstinentiā mortificamus. Per mirrham nāq; mortua caro seruatur a putredine. Mortuā vero carnē putrescere. est hoc mortale corpus luxurię seruire. Hinc de q̄busdā dicit ꝓpheta: Cōputruerūt iumenta in stercore suo. Jumēta quippe i stercore putrescere est carnales homines in fetore luxurię vitā finire. Mirrhā ꝙ deo offerimus. cū hoc mortale corpus a putredine luxurię per condimentum continentię custodimus. ¶ Aug⁹ i sermone de eodem. Aurum quoq; offerimus si elemosynam faciemus. Thus autem si orationem fundamus. Mirrham vero si pro illo moriamur. ¶ Bern⁹ in sermone de eodem. Magi quidē si solum aurum puero obtulissent videri fortasse possent paupertati matris voluisse consulere. nimirum ut haberet vnde paruulum posset filium educare. Nunc autem cum aurum thus ⁊ mirrham pariter offerūt. procul dubio spiritualis oblationis genus insinuant. Aurum enim excellere videt inter diuitias seculi. qđ nos deuote per eius gratiam offerimus saluatori. cum pro nomine ipsius et integro derelinquimus substantiam huius mundi. Jam vero necesse est ut qui terrena perfecte contēpserimus. flagranti desiderio celestia inquiramus. Sic enī offerimus thuris odoramētum quo numirum vt in Apoc. legimus. designantur orationes sanctorum. Oportet etiam vt non solum ꝓsens seculum contēnas. sed ⁊ carnem ipsam castiges ac seruituti subiicias. Nam qui dixit: Nisi quis renunciauerit omnibus non potest meus esse discipul⁹. Jpse quoq; alibi ait: Tollat crucem suam ⁊ sequatur me. Duas igitur alas habeat oratio nostra. contēptum mūdi. ⁊ afflictionem carnis. Nec vobium quin celos penetret ⁊ in conspectu dei sicut incēsum dirigatur. in qua cū auro thure mirrha quoq; pariter offert. ¶ Ilo. vbi supra. Porro si de magorum muneribus quęritur. an singuli obtulerint singula. an vnusquisq; tria. Magis fateri conuenit quod mysterio

congruit. Nullus enim vere christianus dicatur qui non christum ꝛ verum ꝛ regē ꝛ passum cōfiteatur ·quod illis trib⁹ mu neribus significatur.

De magorum reuersione ꝛ Herodis illusione.

¶ Cap. CIX.

Sicut autē Moyses ta cens clamabat·sic isti pio affectu interrogabāt·q̄d diuīa inberet voluntas. Nec puer ad eos loquitur·ne diuinitas ante tempus reuelet̄ur· ꝛ ut vera eius humanitas habeat̄. Sed responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem·per aliam viam reuersi sūt in regionem suam. ¶ Greg⁹ vbi s. Hinc patet quia non est sapientia ·non est prudentia·non est cōsiliū contra dominum. Herodes enim sibi renūciari de puero postulauerat·ꝛ ut eum si inuenire posset extingueret·adorare se velle simulabat. Sed magi postq̄ a stella perducti regem nouum repererūt·eiq̄ munera detulerunt·ne redirent ad Herodem in somnis admoniti sunt. Hocq̄ fit vt Iesum quem quęrit Herodes inuenire nō possit: Cuius persona qui alij q̄s hypocrite designantur? Qui dum licet dum quęrunt inuenire nū q̄s merent. ¶ Leo papa in sermone. Adorato itaq̄ domino magi ꝛ omni cōpleta deuotiōe sm admonitionem somnij·non eodem q̄ venerant reuertuntur itinere Oportebat enim ut iam in christo credentes non per antiquę conuersationis semitas ambularent·sed noui ingressi viā a relictis erroribus abstinerent ¶ Greg⁹ vbi s In eo vero q̄ admoniti fuerant faciunt nobis profecto quid faciamus innuunt Regio quippe nostra paradisus est·ad quā Iesu cognito redire per viam qua venimus p̄hibetur ē. A regione enī nostra superbiendo·inobediendo·visibilia sequendo·abum veritum gustando discessimus·sed ad eam necesse est ut fideo obediendo visibilia contēnendo·ꝛ appetitum carnis refrenādo redeamus. Per aliam ergo viam ad regionem nostram regredimur·qm̄ qui a paradisi gaudijs per delectamenta discessim⁹ ad hāc p la menta reuocamur. ¶ Fulgentius vbi supra. Itaq̄ ꝓdicta munera cum magis vnanimiter offeramus·ꝛ ad regionem sanctorum tota cordis deuotione tendamus· nec viam veteris vitę teneamus·sed diuinis mādatis humiliter obsequentes·qua p̄cepit dñs ambulem⁹ vt ad patriam venire valeamus·vbi sine fine cū ipso dño gaudeam⁹· Dominus via est eius vita. Qui male viuit viā tenet erroris·qui vero bene per viam gradi tur veritatis. Ergo qui per viā ambulabat fornicationis·viam teneat castitatis Qui viā tenebat auaritię teneat viā misericordię. Qui ambulabat per viam fictionis·viam nūc teneat puritatis. Ambulemus bene p fidem ut perueniamus ad speciem·vbi plenum erit gaudiū nostrum·quia implebit in bonis desiderū nostrum.

De veneranda die epiphanię.

¶ Cap. CX.

Recte quidem ipsa dies in qua vnigenitus dei fil⁹ carnem temporaliter nat⁹ est magis venientibus manifestatus·ore cunctorum fideliū epiphania venerabiliter nuncupat·qm̄ epiphania manifestatio interpretatur. Maximus vbi s In hac igitur in conspectu nostri dei no uo gaudio nos exultare cōuenit· in qua nova stella nouū hominem mundo reuelauit. In hac die christus Iesus a patre veniens·deus ꝛ hō ex femina natus· sub chaldęorum adorantiū spe·fidem gentium dedicauit·qui quānis diuinitatem suā nostri corporis adumbratione velaret·ipsum tū dei filium esse celum prodidit ꝛ terra cognouit. Humilis quidem venit·sed mirabilis·ut i eo pariꝛ ꝓpitus

assumptę carnis ineffabilis natura fulgeret deitatis. Et quãq̃ terrena cunabula nascentem susciperent: illum tamen non esse terrenum cęleste testabatur signaculum. In cunis nãq̃ iacebat sed ęcclo radiabat: apud iudęos vagiebat: apud gẽtiles regnabat. In bethleem a matre lactabatur: & in chaldęa a magis adorabatur. ¶ **Leo papa in sermone ij.** Gaudendum est igitur in domino: quia post natiuitatis eius solennitatem breui temporis interuallo festiuitas declarationis eius illuxit: & quem in illo die virgo peperit: in hoc mundus agnouit: verbum enim quod caro factũ est: sic nostrę susceptionis exordia temperauit: ut Jesus natus credentibus manifestus: & persequentibus esset occultus. ¶ **Idem in quinto.** Prędesserãt quidẽ multa documẽta quę corpoream natiuitatem dei manifestis declararẽt initijs: siue cũ beata virgine Maria sps̃ scdãm ac dei filium pariturum audiuit et credidit: siue cum ad salutationem ipsi⁹ in vtero Eliçabeth nõdũ natus Johãnes exultatione ꝓphetica cõmotus fuit: quasi etiã intra viscera matris clamaret Ecce agnus dei ecce q̃ tollit peccata mũdi. Vel cum ortum dñi angelo nunciante pastores cęlestis exercitus sunt claritate circũdati: ut non ambigerent de potestate pueri: quem erant in prędepe visuri: nec putarent q̃ in sola natura hominis esset editus: cui supernę militię famularetur occursus. Sed hęc & huiusmodi alia pauca tunc ut videtur personis innotuerãt: qui vel ad cognationẽ Marię virginis vel ad sancti Joseph familiã pertinebãt. Hoc autem signum qõ magos in longinquo positos & efficaciter mouit & ad dñm Jesum perseuerantes attraxit illius sine dubio gratię sacramentũ & illius fuit vocationis exordium: qua non in iudęa tantum: sed etiam in toto mundo christi erat euangelium ꝓdicandum: vt per illam stellam quę magorum visui splenduit: israelitarũ vero oculos non refulsit: & illuminatio significata sit gentium & cęcitas iudęorũ. ¶ **Item⁹ in sermone de eodem.** In hac denięq̃ die charissimi nobis lętandum est festiuitate multiplici: qõ enim fulgentioris stellę radijs incitati christum dominum adorauere chaldęi: deũ verum gẽtibus spes data est adorandi. De aquę ordine nouo mutatę sunt in vinum: noui poculi nobis ꝓlibatum est sacramentũ. De autem baptizatus est agnus dei: saluare nobis dedicatum est munus regenerantis baptismi. Recteq̃ tria hęc vno i die acta nobis mysteria prędicantur: qui trinitatis ineffabilis arcanũ vno dei sub nomine confitemur. Per hęc ergo miracula christus dñs oculis se voluit revelare mortaliũ: ut inuisibilis eius diuinitas quę latebat i homine nõ lateret in ope.

De ratione vocationis magorum per stellam ad dei cultum Greg⁹ vbi supra.

¶ **Cap. CXI.**

Sed querẽdum nobis ẽ quid nam sit q̃ redemptore nato angelus in iudea pastorib⁹ apparuit: magos autem ad hunc adorãdum ab oriente non angel⁹ sed stella p̃duxit: quia videlicet iudęis tanq̃ ratione vtentibus animal rationale: scz angelus debuit prędicare. Gentiles vero quũ vti ratione nescirẽt: ad cognoscẽdum dñm nõ per vocẽ sed p̃ signa p̃ducti sũt qt & illis ꝓphęt tãq̃ fidelib⁹ nõ infidelibus: & illis signa tanq̃ infidelibus nõ fidelibus data sunt. Et notãdũ q̃ redemptorem nostrũ cũ perfecte iã esset ętatis: eidem gentibus apostolorũ chorus prędicat: cum q̃ paruulũ & necdũ per humani corporis loquentẽ officiũ gẽtibus stella denũciat: qt numerũ rationis ordo poscebat: ut & loquentem iam dñm loquẽtes nobis prędicatores innotescerent: & nec dum loquentẽ elementa muta ꝓdicarẽt. ¶ **Abyso. sup Mat. omel' vi.**

Hec quoq; ratio nobis innotuit: Cur magos dominus per stellaz potius q̄ p ꝓphetas vel angelos vocauit. Quia scz eorum saluti mira dispensatione condescendens per hec eos vocabat que sibi familiaria ꝙsuetudo faciebat. ℔ z Paulus imitādo gentiū dissertabat de ara inspecta poetarum proferens testimonia. Judeis etiam aliquādiu prędicauit de christo sine circūcisionis iterdicto. Denicz si magos vocari per stellam estimas indignū. hoc modo reprobabis omnes cerimonias legis. omnesq; ritus z sacrificia. baptismata quoq; z templum. Hec omnia siquidem de gentium occasione fm̄ traxerūt originē. Sed tamē deus ob receptorum salutē per ea ipsa se coli passus est per que illi antea colucrāt dymones. aliquandiu illos in melius inflectens. donec a consuetudine sua cui⁹ amicicia ligati erant. paulatim eos reuocaret. z ad phiaz altiorem perduceret. Sic fecit z magi. Denicz quos ad presepe p duxerat precunte stella. non iam per stellam sed per angelum alloquitur. gradatim eos perducens ad meliora. Hoc etiam fecisse legitur phylisteis; Nā diuinis eoz consiliū dātibus. ne dimissione arce domini in plaustro iunctis. et cetera q̄ ibi scripta sunt. eorū preceptum populi regionū impleuerunt. Dominus quoq; cum defensione solita diuinoz sentētiā comprobauit. nec indignum maiestati sue putauit ꝛba ꝓphanoz ad effectum perducere. atq; id agere ut illi viderētur fideliter talia suasisse. Et enim ad maiorem dei pertinebat gloriā. si virtus eius etiam inimicoz testimonio panderetur. z ipsi quoq; gentilitatis magistri consonam ferrent de dei veri potestate sententiam. In phitonissa quoq; tenuit hunc dispēsationis tenorem. cum ad eius votum suscitauit Samuelē. Multaq; his similia in dei dispēsationibus inuenim⁹ Hunc igitur ipsum dispensationis sue more z in magis seruauit. quibus ingēs z clarum astrum. vt eis de magnitudine z pulcritudine. necnon z de ipsa cursus nouitate admirationē moueret ostēdit.

De errore mathematicorū circa fatum. Greg⁹ vbi supra.

Cap. CXII.

Sed inter hec sciendum est q̄ heretici priscillianiste nasci vnūquēq; hominem sub cōstitutionibus stellarum estimant. z hoc ī adiutorium sui erroris assumūt. q̄ noua stella exijt cum dominus in carne apparuit. cuius fuisse fatum eandem que apparuit stellam putant. Sed si euangelij verba pensamus. quibus de eadem stella dicitur. vsq; dū veniens staret sup̄ vbi erat puer. non puer ad stellam sed ad puerum stella cucurrit. Et si dici liceat non stella fatum pueri. sed stelle fatum is qui apparuit puer fuit. Sed absit a fidelium cordibus ut esse aliquid fatū dicāt. Vitam quippe hominū solus hanc cōditor qui creauit administrat. Neq; enim p ter stellas homo. sed stelle ꝓpter hominem facte sunt. Et si stella fatum homis dicatur. ipsis suis ministerijs subesse homo perhibetur. Certe cum Jacob egrederetur de vtero z prioris fratris plantā manu teneret. prior pfecte nequaq; egredi potuit nisi subsequens inchoasset. Et tamen cum vno tēpore eodemq; momēto vtrumq; mater fuderit. non vna vtriusq; vite equalitas fuit. Sed ad hoc solent respondere mathematici. quia virt⁹ constellationis est in ictu puncti. Quibus nos dicimus contra. quia magna est natiuitatis mora. Si igitur ī ictu puncti cōstellatio permutatur. necesse iā est ut tot dicātur fata. quot sunt nascentiū membra. Fateri etiam mathematici solent q̄ quisquis aquarij signo nascatur. in hac vita piscatoris ministerium sortiat. Piscatores vero getulia non habet ut fertur: Quis igitur dicat. quia nemo illic in stella aquarij nascatur in hac vita vbi piscator omnino nō habetur? Rursum q̄s nasci signo libre asserunt trapezitas

futuros dicant·cum trapezitas multarū gentium prouinciē ignorant·fateantur ergo necesse est·aut hoc in eis signum nō esse·aut effectum fatalem omnino nō habere. In persarum francorum terra reges ex genere prodeūt·quibus profecto nascentibus quis estimet quanti eisdem momentis horarum ac temporum ex seruili conditione nascuntur: Et tamen filij regum vno eodemq; sidere·cuz seruis nati ad regnum proficiunt·cum serui q̄ secum fuerant nati in seruitute moriātur Hec de stella breuiter dixim⁹ ne mathematicorum stulticiam indiscussam pertransisse videamur.

De cultu z religione magorum vel ceterorum orientaliū Chrysosto. super Mat. li. primo.

¶ Cap. CXIII.

Magi ergo cōfestim vt natus est Christus magnum in homine paruulo deum ostenderūt z verbis z actibus z muneribus. Verbis quidem·quia dixerūt: vbi est qui natus est rex iudeorum? ꝛc. Actibus vero·quia cum vidissent eum adorauerunt·z inuenta est in eis fides acutior q̄ aspectus·humana nimirum videntibus z alta intelligentibus. Muneribus autem quia obtulerūt ei aurum thus z mirrhā Legis apud aliquem istos magos et libris Balaā diuinatoris apparuisse stellę huius accepisse sententiam. Cuius diuinatio posita est in veteri testamento: Orietur stella ex Jacob·z exurget homo ex israel·z dominabitur omnium gentium. Audiui etiam aliquos referētes de scriptura quadam·z si nō certa est·tamē non destruente fidem·sed potius delectante. Quoniam erat gens quędam in ipso oriētis principio iuxta oceanum sita·apud quos ferebat scriptura quędā·d apparitura hac stella z offerēdis muneribus huiusmodi·noie Seth inscripta·quę per generationes studiosoz hominum pribus filijs suis referētibus habebatur deducta. Legerant itaq; seipsos duodecim quidē ex ipsis studiosiores z mysteriorū celestium amatores·ac posuerunt septos ad expectationē huius stellę. Et sicq; ex eis moriebat⁹ filius ei⁹ aut aliquis ppinquoz·in eius loco cōstituebatur. Dicebantur autem magasei lingua eorum·quia in silētio tacitaq; voce glorificabāt deū. Hi ergo per singulos annos post messem ascendebant in mōtem qui vocabatur victorialis·habēs in se quandam speluncam·in fatę fōtibus z electis arboribus amenissimis·vbiq; se lauantes·orabant z laudabant in silentio deū tribꝰ diebꝰ. Sicq; faciebāt p singulas generationes·semp expectantes ne forte i sua generatione stella illa beatitudinis oriret. Tādē igit apparuit eis stella descēdēs sup mōtē illū victorialē·habēs in se q̄ pueri puuli formā·z sup se crucis similitudinē·q̄ locuta ē eis·eosq; docuit z ut proficiscerēt i indeā p̄cepit. Proficiscētes aūt p̄cedebat stella p biennii·z nec esca nec potꝰ defecit i plenis eorum. Cetera xpo q̄ ab eis gesta cē referūt i euāgelio cōpēdiose ponūt. Vt aūt reuersi sūt studiose magis q̄ prius deū colētes glorificauerūt. Sed z oibꝰ in genere suo p̄dicauerūt z multos erudierūt. Demiq; cū pꝰ resurrectiōem dñicā esset vnus ex aplis i illā prouinciā·eidē adiuncti sūt·z ab eo baptiçati p̄dicationis illius adiutores facti sunt.

De prima manifestatione christi·per nationes z prouincias gētium. Leo papa i sermone j.

¶ Cap. CXIIII.

Omnium igitur hominum spectat salutem q̄ infātia mediatoris dei z hominum tā vniuerso declarabat mūdo·cū adhuc exiguo tineret opidulo. Quāuis enim israelitica gēs z ipsi⁹ gentis vna familia delegisset·de qua naturam humanitad vniuersę assumeret·noluit tamen intra

materne habitationis angustias ortꝰ sui latere primordia · sed mox ab omnibꝰ voluit agnosci qui dignatꝰ ē omnibꝰ nasci. Tribus igitur magis in regione orientis stella nouę claritatis apparuit · quę illustrior ceteris sideribus facile in se intuentium oculos animosq; cōuerteret · vt cōfestim aduerteretur non esse ociosum qđ tam insolitum videbatur · Pedit ḡ aspicientibus intellectuꝫ · qui pręstitit signū · ꝛ quod fecit intelligi fecit in quiꝫ · ꝛ le inueniendū obtulit requisitus . Sequunt tres viri superni luminis ductuꝫ ꝛ pręuij fulgoris indiciū intenta contemplatiōe comitantes · ad agnitionem veritatē gr̄ę splendore ducuntur · qui humano sensu significatum sibi regis ortū estimauerūt in ciuitate regia esse inquirendā. Sed q̄ ferui susceperat formam ꝛ nō iudicare venerat sed iudicari · bethleem pręelegit natiuitati · hierosolymam passioni. Consūmant ergo magi desiderium suum · ꝛ stella pręeunte pueniunt ad puerum. Adorant in carne verbum · in homine deū · ꝛ quod corde credunt muneribus ostēdūt.

Idē in secundo. Jam tunc ergo cęli enarrauerunt gloriam dei · ꝛ in omnem terram sonus exiuit veritatis · cū ꝛ pastoribus exercitus angelorum saluatoꝛ editi annunciatoꝛ apparuit · ꝛ magos ad eū adorandum pręuia stella perduxit · ut a solis ortu vsq; ad occasum veri regis generatio choruscaret · cū rerum fidem ꝛ regna orientis p magos discerent · ꝛ romanum imperium non lateret. Nam Herodis seuicia volens primordia suspecti sibi regis extinguere · huic dispēsationi nescius seruiebat · ut dum atroci intentus facinori · ignotum sibi puerum in discreta infantium cede persequitur · annunciatum cęlitus dominatoris ortū insignior vbiq; fama loqueret. Quā promptiorem ad narrandum diligentioremq; faciebat · ꝛ supernę significationis nouitas · ꝛ cruentissimi persecutoris impietas . Tūc aūt etiā ęgypto saluatoꝛ infert · vt gens antiquis erroribus dedita · iā ad diuinā salutem per occultam gratiam vocaretur. Et quę nōdum ab animo deiecerat superstitionē · iam hospitio reciperet veritatem.

De obcecatione populi iudeorum. Cap. CXV.

Quantam enim gratiarū actionem debeam⁹ deo pro illuminatione gentium · probat obcęcatio iudęorum. Quid enim tā cęcum · quid tam lucis alienū · q̄ illi sacerdotes ꝛ scribę israelitarum fuerunt · qui per cunctantibus magis ꝛ Herode quęrente · vbi christus fm scripturarum testimonia nasceretur · hoc de prophetico responderūt eloquio · quod indicabat stella de cęlo. Quę vtiq; magos hierosolymis pętermissis vsq; ad cunabula pueri · sicut postmoduꝫ fecit sua significatione perducere potuisset · nisi ad confutandam iudęorū duritiam pertinuisset · vt non solum ductu sideris · sed etiam ipsorū professione innotesceret natiuitas saluatoris . Jam ergo ad eruditionem gentium propheticus sermo transibat · ꝛ pręnunciatum antiquis oraculis christum ad alienigenarum corda discebant · cum iudęorum infidelitas veritatem ore proferret ꝛ mendacium corde retineret. Nolnerunt enim agnoscere oculis · quem de sacris indicabāt libris · ut quem nō adorabant infantię infirmitate humilē · postea crucifigerent in virtutum sublimitate fulgentem. ¶ **Idem in quinto.** Itaq; qui extra christi regnum esse voluerunt · adhuc quodammodo sub Herodis principatu sunt · ꝛ alienigenę potestati deseruiunt. Nondum intelligunt quod negare non possunt · ꝛ mente non capiunt quod scripturarum testimonio norūt · qm̄ insanis magistris ritus scandalum est · ꝛ cęcis doctoribꝫ fit caligo qđ lumen est. Respondēt igitur interrogati · q̄ bethleem christus nascitur · ꝛ scientiam suam qua alios instruunt non

sequātur. Perdiderunt successionez regum placationē hostiarū locum supplicationum ordinem sacerdotū ⁊ cū oīa sibi sunt clausa omnia experiantur eē finita non vident ea in christum esse translata. Unde ꝙ illi tres viri vniuersarum gentiū personam gerentes adorato dño adipiscunt. Si populis suis per fidem q̄ iustificat impios totus mūdus assequat hereditatē dei añ sęcula pręparatā accipiunt adoptiui ⁊ perdūt qui videbātur eē legitimi. **Aug⁹ in sermone de eodem.** Hęc igitur illuminatio magorum magnum fuit testimoniū ęcitatis iudęorum. Isti requirebāt in aliena quem illi in sua non agnoscebant. Isti inuenerunt quem illi apud se negauerunt. Isti peregrini puerū christum nōdum verba pmentem adorauerunt vbi cuncti illū inuenē miracula facientē crucifixerūt. Isti in membris parui verum agnouerunt illi in factis magnis nec tanq̄ homini pcercerunt quia non plus fuit videre nouam stellam in eius natiuitate fulgentē q̄ solem in eius morte lugentem.

De libris eorum retētis ad obsequium christianorum.

¶ Cap. CXVI.

Iam vero ꝙ eadem stella quę magos perduxit ad locum vbi cum matre virgine deus infans erat quę vtiq̄ ad ipsam ciuitatem eos perducere potuit se tamē subtraxit nec eis prorsus apparuit donec de loco in quo christus nasceretur iudęos interrogarent ⁊ ipsi eum sm̄ diuinę scripturę testimoniū nomīarēt Quid aliud ꝟ significant diuīa puidētia nisi apud iudęos solas diuinas litteras remansuras quibus gentes instruerentur illi obęcarentur quas ponerent non ad adiutorium salutis suę sed ad testimoniū salutis nostrę? Nam hodie qualscūq̄ pręmissas de christo pphias iam rerum cōpletaq̄ luce pferimus declaratas si forte pagani quos lucrari volumus dixerint: non eas tanto ante predictas sed post rerum euentū a nobis esse cōfictas: Iudęorum codices recitamus vt paganoꝝ dubitatio sustollatur qui iam in magis illis figurabantur quos iudęi de ciuitate in qua natus est christus diuinis eloquiis instruebant ⁊ cū ipsi nec requirebāt

¶ Idem contra faustum disputatione xvi. Cur ergo Faustus Manichęus a nobis tanq̄ impossibile quęrit quō fidem christianā hō gentilis ꝙ in vęoꝝ libros discere velit cū oēs gentes tanta deuotione librorū illorū discipule fieri cernantur eo ipso nimirū fortius ac firmius q̄ et inimicoꝝ manibus tāta de christo testimonia pferātur ad aliquem vsum sanctoꝝ ordinat' oīs ęcitas impiorum a sūmo s. deo qui ꝙ sui reginiinis ęquitate bñ vtitur etiā malis vt qui suo iniuste viuūt arbitrio iuste disponantur illius iudicio. Ergo ne ꝓphias christi nascituri mira facturi indigna passuri moriturī resurrecturi ascensuri euangelium per oēs gentes disseminaturi illi fictisse crederent qui populis annūciarēt cū magnum quid actū est in vsum nostrū de infidelitate iudęoꝝ vt idem ipsi qui ꝟ ꝙ se nō haberēt in codicibus ꝙter nos haberent in codicib⁹. Nec inde auctoritas illis libris minuitur ꝟ augeť quū ipsa ęcitas eoꝝ ibi predicta legit. Nā magi non intelligendo veritatem testimoniū prbibent veritati quia cum eos libros non intelligunt a quibus non intelligē dī predicti sunt hinc etiam eos veraces ostendunt. **¶ Isidorus de mysteriis geneseos.** Denicq̄ quid aliud ē hodie gens ipsa iudęoꝝ nisi quędā scrinia christianorum bajulans leges ⁊ pphetas ad assertionis ecclesię testimonium vt quod nunciant illi per litterā nos honorem⁹ per sacramentum. **¶ Leo papa in sermone iij.** Ecce veritas illuminat magos infidelitas obęcat magistros. Carnalis israel nō intelligit qđ legit nō videt qđ ostēdit vtitur paginis

quoꝝ non credit eloquijs.

Inuectio contra cęcitatem illius populi ꝛ exhortatio ad deū. ¶ Cap. CXXVII.

Bi ē iudee gloriatio tua vbi nobilitas ex Abrae pfecta? Ecce maior minori seruis ꝛ alienigenis in hereditatis tuę sorte in trantibus eius testamenti qđ in sola tenes littera recitationi famulari. ¶ Idē in secundo. Quę est ista iudęi tā imperita in vobis sciētia · tam indocta doctrina? Interrogati locū christi nativitatis veraciter ac memoriter dicitis qđ legistis in bethleem iudę. Sic enim ait pphęta: Ex te exiet princeps ⁊c. Hūc pīcipem natū ꝛ angeli pastoribus · ꝛ vobis pastores annunciauerant · hunc ꝛ lōginquę gentes orientis in solito noui sideꝛ splēdore didicerūt · ꝛ ne de loco editi regis ambigerent vra eruditio ꝓdidit qđ stella non docuit. Cur vobis viā quam alijs apitis obstruitis? Cur in vestra infidelitate resedit dubium · qđ ex vestra responsione fit manifestū? Locū nativitatis de scriptura ꝛ testimonio demonstratis, psentiā tēpoꝛis de celi ꝛ terrę attestatione cognoscitis · ꝛ tū vbi ad psequendū animus Herodis exarsit · ibi ad non credēdū vester sensus obduruit. Felicioꝛ ergo infantiū ignorātia quos psecutor occidit qꝫ vra scientia quos in perturbatione sua cōsuluit. ¶ Idem in v. Resipisce tandē iudę · resipisce · ꝛ ad redemptorē etiā tuū deposita infidelitate cōuertere. Noli tui sceleris inanitate terreri · non iustos christus sed pctōres vocat · nec impietatē tuā repellit · qui pro te cū crucifixus esset orauit. Immitē patrū tuoꝝ solue sniam · nec te maledictio eoꝝ patiaꝛ obstringi · q̄ clamātes de christo: Sāguis eius sup nos ꝛ sup filios nr̄os facin⁹ sui criminis trāsfuderūt. Redire ad misericordē · vtimini clemētia remittētis. Sęuicia enim vestrę iniquitatis cōuersa est in causā salutis · venit quę perire voluistis. Cōfitemini negatū · adorate venditum · vt vobis bonitas illius prosit cui vestra malignitas nocere nō potuit. Nec ergo ad verā ptinet charitatē quā etiam inimicis nostris ex vnica eruditione debemus · ꝛ optandū nobis ꝛ studendū est ut hic populus qui ab illa spūali patrū nobilitate defecit · ramus suę arboris inseratur. Multū enim nos benivolentia cōmendat ista · qui illorum delictum ideo nobis misericordię locuꝫ fecit · vt eos ad emulationē salutis recipiēdę fides nostra reuocaret. Nam vitam proꝝ nō solum sibi sed etiam alijs esse vtilē docet · vt qđ apud eos agi non potest verbis · obtineatur exemplis.

De lapide angulari iūgēte duos parietes in vnū. Idē in iij. ¶ Cap. CXVIII.

Intret etiā i patriarcharum familiā gētiū plenitudo · ꝛ bñdictionē in semine Abrāe q̄ se filij carnis abdicāt filij promissionis accipiant. Adorent in tribus magis oēs populi vniuersitatis auctorē · ꝛ nō in iudea tantū dē? Ī toto orbe sit not⁹ · ut vbiqꝫ in isrl sit magnū nomē eius. ¶ Aug⁹ i sermone de eodē. Nūc quoqꝫ charissimi ut filij grę ꝛ heredes vocationem vram videte · ꝛ manifestato iudęis ac gētib⁹ christo · tāqꝫ angulari lapidi pseuerantissima dilectione cohęrete. Manifestatus ē · n · ī illis cunabulis ifātię suę his qui ꝑpe erāt · ꝛ his q̄ lōge · iudęis sęzī pastorū ꝓpinquitate · gētibꝰ in magoꝝ longinq̄tate. Manifestatus ē ꝙ nec illis doctis nec istis iustis · ꝑualet · n · iperitia īfirmitate pastoꝝ · ꝛ impietas in sacrilegis magoꝝ. Utrosqꝫ sibi lapis iste angularis applicuit, quippe q̄ sculta mūdi eligere vt confunderet sapientes ꝛ non iustos vocare sed peccatores venit · vt nec aliquis magnus superberet · nec aliquis infirmus desperaret. ¶ Fulgentius

hoc horrore ptenti. Quo cōperto cęsar in fęlias terrę cōtagiū exercās talia, pte stabat' man' ad cęlū elevās. Ad bellū q̄ dem venim'. ℟ nō cū hostib' q̄n poti' adūs sus helua nr rabiē domicam'. Mā ꝛ fere sa os fęt' diligūt quos etiā in fame nutriūt ꝛ ꝙ alienis pascunt' corpib' a cōsimilis ferar' abstinēt cadaueribꝫ. Hoc vlt omnē acerbitatē est vt mēbra ꝙ genuit mat' deuoret. Mūdus ego sū ab hac contagio cur me absoluo quęcūq; es potestas i cęlo: Scis scis pfecto q; intimo affectu pa cem frequenter obtuli. ꝛ qđ nō pudet dice re victor rogauī qm eis pcere volui. Hꝫ qđ facere repugnātib' qđ adūsis suos furentib'? Mā ꝛ ipli nos sępe de murib' vrbis tati sunt vindicare ne grauī' perirēt a su is q; a nīs. Et ego plerūq; posit armis qm a suor' sedib' nō velinebā ipli i bel lum redq; vt obsessos liberarē nō pderem His dictis arietes tēplo iussi admoueri. Mentq; fugientiū seditionū actorib' cū crurent' tēplū romani signa posuerunt inter ei' circuitū ꝛ cōtra portā orientalem sacrificauerūt sumis vocib' ꝓdicāteo im peratorē Titum. Sacerdotes aūt roga bant vitā quos et aquę inopia et ciuis incendiū finitū macerabat siti q; Titus iussit occidi. Respōdens ai tegener esse in tēplo ꝛ minimi cuperēt supuiuere. Jo hannī q; ꝛ Simoni ac ceteris seditionū principib' indulgentiā postulātib': Rel pō dit: Serū nequissimi tēp' ad misericordiā postulatis cū iā qđ reseruet nihil reductū sit pacē offerebam ꝛ nō recepistis pcere volebā nec sinebatis. Filia suspendebam ꝛ vos irritabatis. Et nūc pplus extinctus est templū ardet. Quid adhuc statis ar mati? Arma ponite q; victi viuere do nabo vobis ꝛ si nō meremini. Ait' ergo q; uis ad iracundiā puocat' ꝓpositū suū nō soluit fastigiū regalis cōtumu. ℟ cōfu gētes recepit lola' pietatis intuitu. Nec romani multa iā cede fessi vitę indulgen tiā abnuebāt studio q; captiua mācipia vendēdi ad reseruādā salutē ꝓmptiores erāt plurimi venales ℟ pauci emptores. q; romani dedignabant' in seruitutē batere viros iudęos ꝛ nec iudęi superāt q; redimerēt suos. Hxtaq; die go;pei mensis octaua ciuitas ē cōcremata. Cesa ℣o p omne tps obsidiōis asserūt decies cen tena mīia. Captiui q; abducti sūt inde ozum ad nonagīta septē mīia.

¶ Hugo floziacensis in ecclesiastica historia. Josephus. sup Gen.

Cap. XCI

Itaq; popul' ille iudaic' infidelis q̄dā p Abam deligā tus maledict' est a terra i ab ec clesia q; aperuit os suū in confessione pecato ꝛ accepe sanguinē Abelis q; effusus est in remissionē peccator omniū. Jn ipsa q̄pe terra quā Abel' portauit i ei' carne ipsi operati sunt salutē nostrā crucifigēdo Abelē q; mortuus est ꝓpter delicta nīa. Et vere nūc inde vag' ꝛ profugus gemit ac tremit ꝓpius ille ne etiā regno terreno pdito occidat' ista visibili morte ꝛ ne occidas inq̄t eos dñe ne q̄n obliuiscant' ꝓpli legis tue. ℟ circo posuit do minus in eo signū vt nō interficeret oīs q; inuenisset eū. Et hoc reuera valde mi rabile est q; oēs gentes q; romanis subiu gate sunt in romano ꝛ sacro ꝛ ritū trāsie runt eoꝝq; sacrilegia obseruāda ꝛ cele brāda susceperūt: Hen' aūt iudaicū vel sub paganis regib' vel sb christianis si gnū legis ꝛ circūcisionis suę q; distinguat' a ceteris gētibus ac pplis nō amisit. Hꝫ omnis impator vel rex q; eos i regno suo inuenit cū ipso signo reperit nec occidit. Idem pplus p Abam medū Noe filiū

veligratus fuit-quia nec primatū apl̄oz tenuit-nec vltimus in gentibus credidit-Vidiq; nudiatē patria-qz consensit i necē dñi saluatoris-post hoc nunciauit fortis fratribz suis. Per cum quippe manifestū est qđ erat in pphetia secretu z. Ideoq; factus est seruus fratz suoru-Quid enī est aliud hodie gens ipsa nisi quędā seruitia christianoz basilās legem et pphetas ad assertionis ecclesię testimonium-vt qđ nunciāt illa p litteram nos honoremus p sacramētū. ¶Aug⁹. sup p̄. Codicem itaq; portat iudeus vnde credat christianus-librarij nostri facti sunt iudei, Codices ab inimicis proferimus vt alios inimicos confundamus. ¶Idem cōtra faustū li. j. Ad aliquem enī vsum sanctoz ordinat⁹ a summo deo omnis ęcitas impioruz-qui p equitate regiminis sui bene vtit-etiam malio vt qui suo arbitrio viuunt iuste-illius iudicio disponantur iuste. Ergo ne prophetas Christi nascituri-mira facturi-indigna passuri-morituri-resurrecturi-ascensuri-euāgeliū per omnes gētes disseminaturi fuisse crederent illi qui eum apostolis erant annūciaturi-magnū qđ actum est in vsum nostrū de infidelitate iudęorum-vt idē ipsi q̄ p̄ pter se nō haberent in cordibz-pter nos haberēt i codicib⁹. Nec tū libris illis auctoritas minuitur-sed etiam auget. Nam z ipsa eorum ęcitas ibi p̄dicta est-vnde magis nō intelligendō veritatē testimoniū ꝓbaret veritatis-quia cum eos nō intelligant libros a quibz nō intelligēdi p̄dicti sunt-hinc etiā eos veraces ostēdūt. ¶Iero⁹. sup Esaiam. li. ij. Abstulit dñs ab hierusalē iuxta verbum pphetę omne robur panis-et omne robur aquę. Habent quippe iudei panē scripturę-sī absq; robore. Legūt enī scripturas-sed non intelligunt-tenent membranas z Christum qui in membranis scriptus est p̄dicerūt. ¶Idem in libro. xviij. Deniq; nomē meū inquit tota die blasphematur-in synagogis vestris subauditur. Ybiq; iudei ter per dies singulos sub nomine nazarenorum maledicta in Christus et christianos. ¶Idem in libro. xvij. Sed vtinam inquit o Jacob attendisses mandata mea-facta fuisset quasi flumium pax tua-et semen tuum sicut arena Nam z vsq; in p̄sentē diem instar vermiculorum iudei pullulant filios ac nepotes.

Inuectio contra ęcitatē eorū. Augustinus i ser. quodā. Cap. XCII.

Vos autē conuenio nūc o iudei q̄ vsq; hodie negatis filium dei. Nonne vox vestra ē illa quādo eum videbatis miracula facientem atq; temptātes dicebatis: Quousq; animas nostras suspēdis? Si tu es Christus dic nobis palam; Ille autem cum vos ad considerationē miraculoū mittebat vt ei testimonium diceret. non verba sed facta dicēt: Opera quę ego facio ipsa testimoniū perhibent de me. vos autem non cognoscentes saluatorē. qui operabatur in medio terrę vestram salutem-in malo adquirentes dixistis: Tu de te ipso testimonium dicis. testimoniū tuum non est verum. Sed ad hoc ille quid vobis responderit aduertere noluistis: Nonne in lege vestra repentur scriptū; q̄ duorum hominum testimonium sit verum. O legis p̄uaricatores intendite legem-in qua non tantū duo. sed etiam plures inuenimini christi testes. ¶Idem in expositione symboli. O iudei dęmones qui corda vestra possederunt dicerunt: Scimus quis sis-quid venisti ante tempus perdere nos? Vos autem dixistis: Tu de ipso testimonium perhibes. testimonium tuum non est verum. Sed nō intelligētes actiones vestras. egistis causas nostras. Quantus laboratis vt Christus crucifigeretur. et

latro dimitteret? ꝙtum laboraſtis ꝙtū ſudaſtis? ō oīs iſte labor vī fructus eſt noſter. A vobis occidit Chriſt? nob̄ reſurgit Chriſt?. Chriſti reſurrectionē oppꝛimere voluiſtis pecunia milites corrūpendo. ꝛ ecce reſurrectio ei? toto iā celebrat mūdo. Et qđ dediſtis totū pdidiſtis. et implere nō potuiſtis qđ voluiſtis. Jam aſſumpt? in cēlū ſedet ad dexterā patris diperſitvos p vniūſas natiōes. vt vbiq; ꝓphetias de ipſi? natiuitate paſſione. reſurrectione. aſcēſione ꝓferatis. atq; lucernam legis tanq̄ lignea candelabra ſenſu carētia gētib; miniſtret. Qđ ꝓpterea factū eſſe cognoſcite. ne gētes hec ipſa q̄ acta ſunt oīa dū a nobis ꝓdicant. dicāt a nobis eſſe cōficta. Hāc etiā ipſā diſperſionē veſtrā Dauid ꝓpheta declarat fuiſſe ꝓdictā. dicēs: Ne occidas eos ne q̄n obliuiſcāt pplm mei. ſ diſperge illos i virtute tua. ꝛ depone eos. protector meus dñe Ytaq; pferte codices ꝓpheticos. o iudei inimici vt ex ipſis alij cōuincant inimici. id eſt pagani. Nōfundimini q̄ lucernam legis habētes in manib; alīs lumē ꝓbetis ꝛ vos i eā intēdere nō curatis. ¶ Hiero? vbi ſ. li. v. Ant indꝫ ꝓpheta altare domini in medio terre egypti. ꝛ titulus dñi iuxta terminū ei?. Reſpōdeant hic iudei de lege ꝓceptū eſt. vt altare nō fiat niſi i vno loco quē elegerit dñs. cū hic apte dicat Iſaias. q egyptij colāt dñm i poſteris ꝛ manentibus. ¶ Idem li. xr. Dum q̄ conuertet? ait liban? in cherme. Hic q̄ tria reſpōdeant iudei ꝛ amici ſimplicit tñ hiſtorie. q fruct? nō quærūt in arbore. ſed folia tñ vmbrā q; ꝓbet q̄ cito areſcit ac deperit. quō liban? q̄ mons ſenecis ē. trāſlatus ſit. vel cōuerſus in monte carmelū q̄ cherme hebraice dictus eſt. ¶ Leo papa in ſer. de epiphania. Venis pdiderūt iudei ſucceſſionē regū. placationē hoſtiar. locū ſupplicationū. ordines ſacerdotū. Et cū hec oīa experiant eſſe finita nō videre in Chriſtū eſſe tranſlatum. ¶ Iſido? vbi ſ. Munꝰ ait Chaim cultos fratrio mei ſū ego: Fallax chaim ignorātia indeorum eſt falſa negatio. ¶ Aug? in ſer. de ſymbolo. O ecitas iudeorū. o furia frenetico p. qđ aliud fuit dicere. nō hūc dimittas ſ Barrabam vt Chriſtus occidat. qui ſuſcitauit mortuos. ꝛ latro dimittat? vt adhuc perpetret homicidiū

Confutatio eorum ex teſtimoniis ꝓphetar. Idem in ſermone de natiuitate domini

Cap. XCIII

Accedant nunc ex lege p veſtra. non tñ duo. ſed vel plures teſtes Chriſti. et cōuincant auditores legis. ꝛ non factores. Dicit Iſaias teſtimoniū Chriſto: Ecce inquit virgo concipiet et pariet filiū. ꝛ vocabit nomē eius Emanuel. qđ eſt nobiſcū de? Accedat ꝛ alius teſtis Baruch loquēs de Chriſto: Hic eſt inq̄t deus noſter. et nō eſtimabit alius abſq; illo q̄ inuenit omnem viā ſcientie. ꝛ dedit illā Jacob puero ſuo. ꝛ Iſrael dilecto ſuo. Poſt hoc in terris viſus eſt. ꝛ cū hominib; cōuerſatus ē. Ecce duo teſtes idonei ex lege vīa. et q̄n teſtimonio nō ſunt cōpuncta corda vīa. Si alij atq; alij ex lege Chriſti teſtes introducant. vt frontes duriſſime inimicorum cōterant. Veniat ille Daniel ſanctus inuenis quidē ętate. ſenior: Ho ſcientia ac manſuetudine conuincat oēs falſos teſtes. ꝛ ſicut cōuicit ſeniores impudicos. ita ſuo teſtimonio conterat Chriſti inimicos. Cū venerit ſanctuſſanctor. ceſſabit vnctio vīa. O infideles iudeorum agnoſcite venuſſe ſanctū ſanctor. Ipſe ē enī ꝛ lapis ille abſciſus de mōte ſine manibus cōcidentiū. i. Chriſt? nat? de virgine ſine manib; cōplectētiū. q̄ tñ creuit vt mōs magn? fieret. vt vniūſā faciē trē ipleret. De q̄ ꝓpha dicit: Venite aſcēdamus in montē dñi. Dauid q̄s de illo ait: Mons dei mons pinguis. mons in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo. Dic et tu Moyſes legiſlator de? populo iſrael teſtimoniū Chriſto. ꝓphetar

inqt exaltabit vobis dñs de fratribꝫ vrīs
z oīs aīa q̄ nō audierit ꝓphetā illū exter-
minabit de ꝓplo suo. Propterā vo di-
ctū ipsū audi in euāgelio Xpistū: Nō ē
inqt sine honore ꝓpheta nisi i patria sua
Accedat z David sanctus testis fidelis
et cui⁹ semine ꝓmissit ipse cui testimoniū
dicāt lex z ꝓphetę: Adorabant inqt eum
oēs reges oēs gētes seruiēt ei. Quis audi-
re cui? Dixit enī dñs dño meo sede a de-
xteris meis. Donec ponā inimicos tuos sca
bellū pedū tuoꝝ. Et psalm⁹ alibi. Princi-
pes cōuenerūt i vnū aduersus dñm z ad-
uersus Xpistū ei⁹. Accedat z alt⁹ testis.
Habacuc videlicet ꝓphet. Dñe inqt cōsi
deraui opa tua z expaui. Quid ite mi-
rat⁹ est z expauit opa dei? Nūqd fabri-
cā mūdi? Absit. Dz audite qđ expauit.
In medio inqt duū aīaliū cognoscēris
Qui quousq; desecēdisti expauescere me
fecisti. Verbuz p qđ facta sunt oīa caro
factū in ꝑsepe iacuisti. Agnouit bos pos-
sessorē suū z asin⁹ ꝑsepe dñi sui. Venicq
qđ ē i medio duū aīaliū cognoscer⁊-nisi aut
in medio duoꝝ testamētoꝝ-aut i medio
duoꝝ latronuz-aut in medio Moysi et
Helię eū eo in mōte tremociānū? Ambu-
lauit verbū z exiuit in campū-carnē se
fecit z in nobis habitauit. Hoc z Hiere-
mias ait: Post hō in terris visus est-et
cū hoībus conuersat⁹ est. Ecce quō cōueniūt
sibi testes Xpistus-z cōuincūt filios falsi-
tatis.

De testimoniis euāgeliorum
Cap. XCIIII.

Ufficiūt vobis hęc o iu-
dęi infideles vel adhuc ad ve-
strā cōfusionē alios introduce-
mus et lege vestra testes-vt illi testimoni
um ꝓbibeāt-cui pdura mēte dicebat in-
sultātes-Lu ō teipso testimoniū ꝓbibes
Nc si velim ex lege z ꝓphetis oīa colligere
q̄ de illo sunt ꝓdicta-facili⁹ me tps defe-
ret q̄m copia ꝛbꝝ. Verūtamē senē illuz
et gētę vīa natū-ē in errore vestro nō re-
lictū Symeonē videlicet sanctū-q̄ meru
it teneri dū crepit⁹ in hac luce-quousq; vi
deret verā lucē in mediū introducā. quē
quidē iam ętas cōpellebat ire-ē expecta-
bat sulcipe-quē sciebat venire cū ad mo-
nitus esset a spū sancto se añ nō moriturꝫ
q̄m videret Xpistū dei natū-quem z co-
gnoscēs prexit ad templū. Vbi autē eū
portari matris manibꝫ vidit ac diuinam
infantiā pia senectus agnouit infantem
ipsum in manibus sustulit. Ille quidem
Xpistum ferebat-sed Xpistus senez re-
gebat-regebat qui portabatur-ne ille añ
promissam a corpore solueret. Quid ta-
men dixerit-quid confessus fuerit aduer-
tite mimici nō Xpisti-sed vestri. Bene-
dicens ergo senex ille deuz-exclamauit z
dixit: Nūc dimittis seruū tuum domine
ꝛc. Illi quoq; Iohānis parētes videli-
cet Zacharias z Elizabeth-iuuenes ste-
riles in senecta fęcūdi testimonium Xpi
sto dicant z ipsi. Tu puer inqt ꝓpheta al
tissimi vocaberis-Ihis enī ante faciē dñi
parare vias ei⁹. Ipsiq; matri ꝑgini Eli
zabeth air: Vnde hoc mihi vt veniat ma
ter dñi mei ad me? Ecce enī vt facta est
vox salutatiōis tuę i auribꝫ meis exulta-
uit in gaudio infās i vtero meo. Intelli-
gēs numerum Iobes q̄ mater domini ad
suam matrē venerat intra ipsas angusti
as ita adhuc posit⁹ motu salutauit quez
voce nō poterat. Qui postea etiā ipse Io
hānes ꝓcursor illius z amic⁹ humil⁹ ac
fidelissimus seruus testis idoneus effect⁹
tanto maior in natis mulierum erat-q̄n-
to estimabatur esse quod non erat. Ille
se non esse exclamabat dicens: Non sum
ego quez me putatis esse-sed ecce venit
post me-cuius non sum dign⁹ soluere cor-
rigiam calciamenti eius. O fidelis testis
et amice q̄ntum te humiliasses-si ad cor-
rigiam calciamenti eius soluendaz te di-
gnū esse diuisses. Sed dū etiā hoc te nō
esse dignum dicis-indęis falsis testib⁹ cō
tradicis. Et hęc quidem dicta sunt a te-
anteq̄ Xpistus visus esset a te. Qui cū
ad te venisset ipse videlicet excelsus-hu-
milis gratia suę dispensatiōis implendę.

vt a te suscipet baptismū · q̄ nullū habebat omnino peccatū. Quid respōderis · q̄d cognouerīs · q̄le testimoniū ꝓtulerīs? audiāt inimici: Ecce ingt agn⁹ dei q̄ tollit peccata mūdi. Et adiecit: Ego a te debeo baptiçari · & tu venis ad me? Agnouit seru⁹ dñm · agnouit originalis peccati vinculū obligat⁹ ab oī nexu peccati liberū. Agnouit indicē paranymph⁹ sponsum · creatura creatorē. Nā & hęc Iobis vox est: Qui habet sponsam sponsus est Amicus aūt sponsi stat & audit eū · & gaudet ꝓpter vocē sponsi.

De testimonijs paganorum Cap. XCV.

Vfficiūt vobis indei tāti testes ac testimonia ex lege vra · & ex gēte vra: An adhuc impudētia nimia audebitis dicere · q̄ alterius gētis vel nationis vōes Christo deberēt testimoniū ꝓbibere? Si hoc dicat Respōdet quidē ille vob: Nō sū missus nisi ad oues q̄ perierūt dom⁹ israel. Sed sicut vos in actib⁹ aplōr⁹ increpat Paulus dicēs: Vob ꝑmū oportebat annūciari verbum dei · & q̄ illud repulistis · nec vos dignos ęterne vitę iudicastis: Ecce ingt cōvertimur ad gētes. Ostendamus igit̄ ex gētib⁹ testimonium Christo fuisse platū · q̄ nō tacuit Vitas clamādo etiā p linguas inimicor⁹ suor⁹: Nōne q̄n ille poeta facūdissim⁹ inter sua carmina dicebat: Iā nova ꝓgenies ęlo dimittit alto. Christo testimoniū ꝓbibebat? Verū hoc in dubiū veniet nisi & alios idoneos testes pluraq̄ dicētes ex gētib⁹ in mediū introducam⁹. Illū itaq̄ regē q̄ vestros ꝓdomuit captiuādo superbiā Nabuchodonosor · scz regē babylonię nō ꝓtermittam. Dic inq̄ o Nabuchodonosor · q̄d in fornace q̄ tres viros iustos misisti iuste · q̄d reuelatū fuerit tibi: Nōne inquit tres viros misim⁹ in fornacē ligatos · sed ecce video q̄tuor viros solutos deambulantes in medio ignis · nullaq̄ corruptio est in eis · & aspect⁹ quarti filio est filio dei? O alienigena vñ hoc tibi? q̄ let q̄s ꝓphęta tibi annūciauit filiū dei: Nōdum q̄ppe mōdo nasc̄t · & similitudo nascentis a te cognoscit. Quis ē tibi annūciauit · nisi q̄ te diuin⁹ sic ignis int⁹ illuminauit · vt cū illic apud te captiui tenerentur inimici iudęi sic dicēs testimoniū filio dei? Sed quia i ore duoꝝ vel triū testiū stat omne verbū · sicut ipse dom⁹ contumaciā vestram confutans ait: In lege vestra est scriptum. Certus etiā testis ex gentibus introducat̄ vt testimonium veritatis ex omni ꝑte roborēt. Quid sibylla vaticinando clamauerit · etiā de Christo · sicut videlicet iam supius recitatum est in medium proferat̄ · vt ex vno lapide frontes vtroꝝq̄ idolorum scz & paganor⁹ percutiant̄ · atq̄ suo gladio sicut golias omnes Christi hostes feriant̄. Credo tam vos o inimici iudęi tātis ira testibus obruti vos · ipsaq̄ veritate esse cōfutatos · vt nihil vlr repugnare · nihilq̄ vt beatis quęrere

Leo papa i sermone de pasca domini. Quid aūt illud fuit q̄ & iudęis intellectum abstulit & sapientiam mundi corda turbauit · nisi erat filij dei · qui imprudentium euanescere ꝓhibam in ifidelitatē fecit caligare doctrinam. Inconsequens enī & irrationabile videbatur animo recipere q̄ creatorem omnium naturarum in hominis vera substātia virgo intemerata peperisset. Ut equalis patri filius dei · qui vnitatem impleret ac contineret furentiū manibus comprehendi · iniquorū iudicio condemnari · & post illusionū dedecora cruci se affigi permisisset. Sed in his omnibus sūt simul būditas hominis · & celsitudo deitatis · nec misericordię ratio maiestatem obscurat miserētis · quia de ineffabili potentia factum est · vt cum homo ver⁹ esset in deo inuiolabili · et deus verus in carne passibili · conferret homini gloria per contumeliam · incorruptio per supplicium · vita p mortē · placaretq̄ deo per stultitiam ꝓdicationis saluos facere credentes vt mirabilior fieret constantia fidei ex difficultate credendi

Exhortatio eorū vt resipiscant Aug⁹ cōtra q̄nq; hereses Cap. XCVI.

Quid ergo ágitis o iudei q̄ occidistis filiū dei? Nolite desperare q̄m sunt reliquie hoi pacifico. bibite sanguinē quē fudistis. Nō est q̄d horreat. q̄ fusus est sanguis medici. ⁊ factū est medicamentū frenetici. Quia tē ⁊ videte q̄m suauis est dominus. ¶ Leo papa in ser. vñ ē. xij. Nā q̄ primi hois vniuersa posteritas vno sil' vulnere sauciata corruerat. nec vlla sanctoꝝ merita cōditionē poterāt illatę mortis euincere. Venit e cēlo singularis medicus multis significationib⁹ frequenter nunciat⁹. ⁊ ꝓphetica diu pollicitatiōe ꝓmissus q̄ in forma dei manēs. nihilq; ꝓprię maiestatis amittēs. in nrę carnis animęq; natura ozier' sine cōtagione ꝓuaricationis antiquę. sol⁹ eni beatę virginis natus est filiꝰ. absq; delicto no extraneꝰ ab hoīs genere. ⁊ alienꝰ a crimine. in q̄ illius ad imaginē ⁊ similitudinē cōditi. et pfecta esset innocētia ⁊ hā natura cū de fidę ꝓpagine vnꝰ existeret. in quo diabolus qđ suū diceret nō haberet. ¶ Qui dū i eam sęuit. quē sub peccati lege nō tenuit. ius impię dominationis amisit. Effusio nāq; sanguinis iusti ꝓ iniustis tā potens fuit ad ꝓpitiū. tā diues ꝓmiū. vt si vniuersitas captiuoꝝ crederet in redēptorē. nulla vincula retinerēt tyrānica. q⁹ sicut ait apls⁹: Vbi abundauit delictū sup-abundauit ⁊ gra. Quę sub peccati ꝓiudicio nati potestatē acceperint ad iusticiam renascēdi validā. factā est donum libertatis. q̄ debitū seruituti. ¶ Idem in. xiij. Libertatē quidē innocentię naturalē quā ꝓmoꝝ parentū ꝓuaricatiōe p̄didim⁹. nulla sanctoꝝ ꝓcedentiū receperūt merita. q̄m omnē captiuę posteritatis obstruxit ꝓgenię lata in trāsgressores sententia. ⁊ nemo extraneus dānationis extitit. q⁹ null⁹ a crimine liber fuit. ⁊ redemptio salutaris op⁹ diaboli destruēs. ⁊ peccati vincula rūpens. ita magnę pietatis suę sacramentū dispōsuit. vt vsq; ad cōsummationē quidē mūdi ꝓfinita generationū plenitudo occurreret. ⁊ originis reuocatio p iustificationes ināsceret fidei ad oīa retro sęcula pertineret. Incarnatio q̄pe xp̄i ⁊ occasio ac resurrectio Christi facta est iniquoꝝ sal⁹ fideliū. ac sanguis vni⁹ iusti q̄ nobis donauit. q̄ cū ꝓ reconciliatione mūdi credim⁹ fusum. ꝺ cōtulit patribus q̄ similiter credidere fūdendū. Ergo resipisce tandem indęq; resipisce. ⁊ ad redēptorē tuū infidelitate deposita puertere. Noli tui sceleris immanitate terreri q̄n redeas. nō iustos ⁊ peccatores vocat nec impietatē tuā repellit. q̄ ꝓ te cruciatus esset orauit. Inimitē patrū tuorū sententiā solue. neq; te patrius eoꝝ obstringi maledicto. q⁹ damātes de Christo: Sāguis eⁱ sup nos ⁊ sup filios nros. crimini sui facin⁹ trāsfuderūt in te. Reuertere indęq; ad misericordiā. ⁊ ꝑmitte de mētia remittētis. q⁹ ꝓpicia vrę iniquitatis cōuersa est in causam salutis. viuit quem perire volumus. cōfitemini negatū. adorate venditū. vt vobis bonitas illi⁹ ꝓsit. cui vra malignitas nocere nō potuit.

Exhortatio ad fideles ex gentibus vt in bono ꝓficerēt. Hāc in ser. ō nati. dñi Cap. XCVII

Os aūt dilectissimi q⁹ ꝓ ineffabilē grām dei ecclia fideliū est ꝓsecuta qđ carnaliū iudeoꝝ nō meruit synagoga. dicēte Dauid Notū fecit dñs salutare suū in cōspectu gentiū reuelauit iusticiā suā. Et Esaias similit' ꝓdicāte: Popul⁹ q̄ sedebat i tenebris vidit lucē magnā habitātibus i regione vmbrę mortis lux orta ē eis. Et iterum Gētes q̄ te nō nouerāt te inuocabūt. ⁊ ꝓpū q̄ nescīt te fugiēt ad te. in die nrę salutis exultem⁹. ac ꝓ nouā testamētū i ei⁹ ꝓsortiū assūpti. cui dū a pē: Filiꝰ meus es tu ego hodie genui te. Postula a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuam. et possessionem tuam terminos terrę. In adoptantis nos misericordia gloriemur.

sicut enī ait aplus: Nō accepistis spūm seruitutis iterū in timore: ꝫ accepistis spūm adoptionis filiorū in q̄ clamamꝰ abba pr̄ Itaq; dignū est atq; cōueniēs vt testantis patris voluntas ab adoptiuis filijs impleat. Et aplo dicēte: Si cōpatimur et cōglorificabimur. humilitatis Christi sint cōparticipes q̄ factum sūt glie cohēredes Crucis etenī Christi q̄ salutāris est impensa mortalibꝰ et sacramentū est et exemplū. Sacramentū quo Xtus implet diuina. Exemplū quo mortalio incitat humana quia ingo captiuitatis emptis et iam ꝟ ꝓstat redemptio vt cū fecē possit imitatio Nam si mūdana sapiētia in suis erroribus ita glatur. vt quē sibi ducem quisq; delegerit. eiꝰ opiniones et mores oiaq; instituta sectet. quę nobis erit cōmunio nominis Christi nisi vt ei inseparabiliter vniamur q̄ est via Xitas et vita? Sicut ipse testatur: Via scz conuersationis sanctę. veritas diuinę scripturę. vita beatitudinis sempiternę. Collapsa enī in parentibus ꝑne bōni generis plenitudine. ita misericors deꝰ creatę suę ad imaginē suā factę p vnigenitū filiū Iesum christum voluit sōuenire. vt nec extra naturā esset naturę reparatio et vltra. ꝑprię originis dignitatis ꝓficeret secūda cōditio. Fęlix si ab eo nō reuocaret qd̄ deus fecit. fęliciot si in eo maneat qd̄ refecit. Multus fuit a Christo accepisse formā. ꝫ plus ē in christo habere substantiā. Suscepit enī nos in suā potestatē illa natura q̄ se in q̄s voluerit mēsuras benignitatis inflectit. nec vsq; cōuersationē mutabilitatis incurrit

Idem de passione dñi. Ad promerendā ergo sāctissp̄s eruditionē illuminatarū mentiū se vigor erigat. et nō sit cōtemptꝰ ordinē facti nosse. nisi etiā ipsam rationē impensę sibi pietatis inspiciat vt auctorē suū humana natura sciēdo ꝓfūdo ab eo sit dilecta plus diligat. Miserēdi enī nostri causam deꝰ sua pietate nō habuerit. et mirabiliot est secūda hominum generata q̄ ꝑma cōditio. qz plus est i nouissimis sęculis reperisse dñm qd̄ perierat q̄ a ꝑncipio fecisse qd̄ nō erat

Glo. sup epłam ad Romanos. Suscepit autē infirmos nostre medicꝰ indęos ac gentiles vt ait aplus. Iudęos quidem ita suscepit vt esset minister. i. aplus et ꝓdicator eoꝝ ad cōfirmādas. i. veraces ostendēdas ꝓmissiones patrū. Et sic indęos ꝓpter veritatē. sic et gētes assumpsit per misericordię ꝟitatem. Ideo gentes honorare deū sup misericordia conuenit qua videlicet eas nō eis ꝓmissus. nec ad eos missus suscepit. acvelut oues alienas scz ad ouile suū adduxit

Quidęi nō sunt ab illis despiciendi sed adiuuandi. Glo. ibidē.

Cap. XCVIII.

Quod aūt ꝟ iudęi possint

q assumi ad repmendā sup̄biam quorundā gentiliū fortasse dicētium totū illud genꝰ post passionē dominī esse damnatū. videlicet ꝓpter incredulitatē. ꝓbat idē aplus p naturę similitudinem dicēs. q si delibatio sancta ē. id est si pauca de illis velut ad experimētū totꝰ massę ad fidē assūpti. vt apli et alij discipuli sunt sancti. tūc et massa. i. ipsū genus pōt sanctificari. Cū enī vnꝰ ꝑsūnę delibatio sit cū massa. nō pōt esse delibatio sancta et massa immūda. qz delibatio est de massa. Et si radix ē sancta. i. si patriarchę a q̄b⁹ humorē fidei ꝓtrabūt sancti fuerūt. i. illi q̄ de ipsoꝝ genere etercuerūt i eoꝝ fide fundati sācti erūt. Radix enī bona bonū succū in ramos diffūdit. vbi fructus boni saporis fit. Et si q̄ alię ex ramis naturalib⁹ sūt fracti. i. ipsi blasphemi et impij de ꝑfidia indęoꝝ a ꝓmissione sūt exciſi. Tu aūt o gētilis cū esses oleaster. i. sterilis et amarꝰ. naturalit̄ insertꝰ i illis eo. i. aliena opatiōe cōiunctꝰ in loco fractorū et factꝰ eoꝝ socius. i. ꝑticeps radicis. s. patriarcharū et ꝓphetarū et pinguedinis aplōꝝ. q̄ ꝑę olīę batēt ꝑsūs radicē inq̄ olīue. i. ꝑfidi iudaci fractiferi. i. aīā aduentū Christi: noli gl̄iari aduersus ramos. videlicet ꝓ incredulitatē fractos. Et si enī putata ē

oliua·nō tamē amputata. Nec iudei cā genti obiecti sūt·ꝙ qz nō crediderūt apostolis occasionē ꝓdicādi dederūt. Itaqꝫ saluti gentiū cōgaudeat·nō infirmitati iudeoꝝ insultet. Facile quippe recipi valet q̄ malis alienis gaudet. ¶ Leo papa inser. de passione domini. Repugāt quidem iniq̄tas iustitiæ·cpetas sua·medaciū ꝟitati·ꝫ de sceia ob tinacitiā de scelere crudelitū obtinuit Sed? eternę dispositionis effectū. Ut sic humano generi sua morte cōsuluit vt sacramē tum nō negaret salutis·etiā psecutoribꝫ ipsis·Qui enī venerat vnūlis credētibꝫ oīa peccata indulgētia generali cōdonare·nec iudaicum volnit crimē excludere. Quoꝝ itaqꝫ ꝓfidiā tetestamur·eozūdē fidem si cōuertant amplectim·z imitantes misericordiā dñi q̄ ꝓ eis a quibꝫ crucifix⁹ est orabat. Nos q̄z cū beato Paulo nostras iungim⁹ ꝓces·z vt ille populꝰ misericordiā cōsequat optam⁹·ob cuius offensionē grām reconciliationis accepimus·qi sicut ꝓ magistꝝ gentiū dicit. Ō dulcit⁹ de⁹ oīa in incredulitate vt omniꝫ misereat. ¶ Idem de Epiphania ser. v. Ds igit ad veram ptinet charitatem quā ex eruditione dominica debemus etiam inimicis nostris·z optādum nobis est z studendū·vt hic ꝓfuit·qz ab illa spūali patrā nobilitate defecit·inserat arboris suę ramis. Multū enī ista benivolētia quā ideo delectū eoꝝ fecit nob locū misericordię·vt eos fides nra reuocaret ad emulationē salutis recipiendę. Priorū nāqꝫ vitā nō solū sibi decet vtile cē·ꝫ etiā alijs·vt qđ apud eos agi nō potest verbis obtineat exemplis

Q frustrā messiam ꝓstolant Idem de natiuitate domini. sermo.ix. Cap. XCIX

Um interrogāte domino Ihesu iudeos cui⁹ filiū diceret Christū: Respōdissent David: Confestim dñs ꝙritatē illoꝝ arguens ait: Quō ergo David vocat eū dominum dicēs: Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Vndubitatis vobis iudei intelligētię viā eius dū solā naturā carnis aspicitis tota vox veritatis luce ꝑua priualis·expectantes fm vię ꝙfationis fabulosa figmēta David filiuꝫ de sola stirpe corporea·dū sperat vestram in hoc tēpe cōstitutis·dū dei filiū repulistis·vt qđ nobis cōfiteri gloriosum est vobis ꝓfiteri non possit. Nam z nos interrogati cui⁹ filius sit Christ⁹, voce apli confitemur ꝙ factus est ex semine David fm carnez z de ipso initio euangelicę ꝓdicationis instruimur legentes: Liber generationis Ihesu christi filij David. Sed ideo a vestra impietate discernimur·quia quez ex progenie David hominē nouim⁹ esse natum·eundē fm ꝙ verbum caro factū est deum dō patri credimus coęternū. Vnde si teneres o israel tui nominis dignitatez z ꝓphetica denunciationes·nō obcecato corde pcurreres Esaias tibi euangelicam panderet veritatē·z non surdus audires diuina inspiratione dicentē: Ecce virgo concipiet z pariet filium·z vocabit nomen eius Emanuel·quod interpretatum est nobiscum deus·quem si in tanta proprietate non videbas sacri nominis·z in dauidica saltem voce dijudicasses ne contra testificationē noui z veteris testamenti Ihesum christum David filiuꝫ denegares·quē David dominū non fateris. ¶ Augustinus in expositione symboli. Expectat quidē z vos iudei vt veniat qui venturꝰ videlicet fm prophetias antiqui temporis et profecto veniet·sed non sicut vultis veniet excelsus·qui humilis a vobis est interfectus·et videbitis iudicantem quem contēpsistis miracula facientem. ¶ Isidorus super genesim. Ecce pueri Abrae cū asina expectantes·nec ad locū immolationis Ysaac puenierēt. Sic·n. Abraā vnicū z dilectū suū deo victimā obtulit filiū

Ita dñs vnigenitū filiū suū p nob omnibus tradidit. Et sicut Ysaac sibi ligna portauit in quibus erat imponendus·ita et Xpist⁹ lignū sue crucis in humeris gestauit·in qua erat crucifigēdus. Duo autem serui dimissi nec ad sacrificij locū p ducti·indicos i duas ptes salomone peccante dimidēdos significabāt·q cū seruiliter viuerēt z carnaliter saperent·passionem Xpisti nō intelligebant. Asin⁹ aūt ille indicoz insensatā stulticiam designabat·que oia sacramēta portabat·z qđ ferebat nesciebat. Decitas inqt aplus ex parte contigit israel. Quid est aūt expectare bic cū asino·nisi donec itrauerit gētiū plenitudo? Et quid est postq adoraueri mus·nisi sacrificium dñice crucis impletum p gētes fuerit ꝓdicatū? Quid autē est·tunc ad vos reuertemur? Hoc est vt plenitudo gentium intret·z sic omnis israel saluus fiet.

Qualiter ab antichristo decipient. Glo. sup Joh. v. cap.

Cap. C

Ego inquit dñs veni in nomine patris mei·i·vt pater glorificet p me·z nō accepistis me vos indigi·hoc est·nō credidistis me. Si alius venerit in nomine meo·videlicet antichristus q nō dei·sed ꝓpriā gliam ꝗret ac deū se esse dicet·illū accipietis·i·ei adherebitis. Hoc est qđ aplus ait: vt credat mendacio q non credit veritati. Nascet aūt antichrist⁹ in babylone de tribu dan iuxta qđ ait Jacob: Fiat dan coluber i via·cerastes in semita mordens vngulas eq vt cadat ascēsor ei⁹ retro. Hūc venerit hierosolymā circūcidet se dicēs indeis: Ego sum Xpist⁹ vobis promissus·tunc omnes indei reedificabunt templū a romanis destructū·ibiq sedebit dicens se esse deū. Sicut enī in Xpisto oīs plenitudo diuinitatis habitauit·ita in antichristo plenitudo malicie·z oīs iniqtas habitabit·quia in ipso erit caput omnium malox diabolus videlicet qui est rex omniū superborum. Cōpleta quidē accessione ad romanū imperiū·z ad obedientiam ecclesie romane aderit discessio ab imperio vtroq·Humiliat adimpleto misericordie tpe quo plenitudo gentiū ad fidem ingredit·discessio a fide reuelabit·qñ scz refrigescet multorum charitas·z abūdabit iniqtas. Et tūc ille vnicus videlicet antichrist⁹ vt dicit aplus·parata sibi sede reuelabit·i·manifestabit. Cui⁹ aduēme fm operationē satane erit·qui totū faciet instigante z cooperante diabolo qui illū possidebit. Nō tamē sine sensu sicut frenetici·agūt q culpā nō habēt de malis que faciunt. Nam si tanq frenēticus a diabolo vexaretur·nō ei qđq ageret imputaret. Veniet aūt in oi virtute videlicet potestatis humane ac diuitiarum abundantia·z ostendet signa z prodigia·sed mendacia·quia p artes nō veras·sed magicā faciet illa. Ideo quoq dicunt mendacia·quia cōfirmabūt mēdacium·id est·illū esse deū. Hūc ergo sathanas soluet·ac p illum antichristus in omni virtute sua mirabiliter quidem z mēdaciter operabit. Ambigui tn solet esse vtrum ideo signa illa dicantur mēdacia quia non vera vt videbuntur erūt·imo fantastica·id ē·quia mortales sensus decipiet per fantasmata·vt qđ vere non faciet videatur facere·vel ideo quia z si vera sint·per hoc homines ad mendaciū divina permissione trahentur. Erit enī aduentus eius vt ait apostolus·in omni seductione iniquitatis eis qui pereunt·qm minis et blandicijs z omnibus alijs modis seducet eos qui perditioni traditi sūt. Nam quia veritatem charitatis non acceperunt·id est·Xpistum·qui charitatē omnibus ostendit ac veritatem promissionum implebit. Ideo mittet illis deus operationem erroris·id est·ad eos venire permittet illum qui est ipsa malicia·qm pater est omnis malicie z iniquitatis·vt credant mendacium·id est·antichristum esse deum

Q ad predicationem Helie et Enoch conuertentur. Glo. sup epistolam ad Ro. xi. ca.

Lap. C1.

Andem vero ad predicationem Enoch t Helie iudei ad christū conuertētur: sicut dicitur per Malachiā: Ecce ego mittā vobis Heliam thesbyten: qui conuertet corda patrum ad filios. t corda filioꝝ ad patres vt etiā filij intelligant sicut patres. i. prophete priores intellexerant. Sic. n. cor patrum ad filios cōuertetur cū intelligētia eorum ad filios perducetur. t cor filiorum ad patres eoꝝ. dū id quod senserunt illi sentiant t isti. Vnde dicit apostolus: Q cecitas cōtigit in israel non ex natura sed ex culpa. nec ex toto sed ex pte quia non omnes permanserunt in illa cecitate. Contigit inq̄ nō ad semp sed ad donec plenitudo gentiū intraret. i. ut intraret. t donec intraret. ut bis verbis et causa notetur t termin⁹ eiusdē cecitatis. Et sic videlicet: posito plenitudo gentium intrasset omnis israel predicantib⁹ Enoch t Helia gentes emulando saluus fieret. sic in Isaia scriptum est: Veniet ex sion. i. ex iudeis qui auertat impietatem. i. a iudeis infidelitatem. Nunc quidem interim impietas a Jacob quasi vi eripitur. cum aliquis iudeoꝝ vir ad christum conuertitur. sed tandē conuertentur voluntarie. s. in fine seculi. quādo facile cōuertētur. Ne quis igit eos interim despiciat. quoniā t casus eorum pdest. t plē restitui conuertendo se ad fidem christi. Illoꝝ quippe delicto quo ceci dominū occiderunt. vel quo verbū dei repulerūt. salus facta est gentibus ad quas relictis iudeis apostoli conuersi sunt. Et quoꝝ voce in Actib⁹ apostoloꝝ dicit ad iudeos videlicet per apostolos Barnabam t Paulum: Vobis oportebat primū loqui verbū dei. sed quia repulistis illud: ecce cōuertimur ad gentes. Sic igit et delicto quo verbum dei populus ille repulit. salus gentibus fuit. Nihilomin⁹ etiam ex delicto quo iudei christum occiderunt. dum ipsi pro peccato humano. di. a romanis vastati. ac per mundū venūdati. funditus a regno suo eradicati. cūct⁹ in testimoniū sunt non esse fictas de christo pphetias. quas apostoli de ipso gentibus exposuerunt. Saluus inq̄ gentibus per casum iudeorum facta est. ita ut illos emulentur. i. iudei gentiles imitent. Qd quidem t sepe iam factum est. t plenius in fine seculi fiet. quādo videlicet ipsi iudei christianis equentur in fide christi. Tunc enī Moysi manus in sinum revocabitur. tunc Moyses noster ad matrē t ad fratres reuertetur. Si autem ut ait apostolus: illorū delicto ditatus est mūdus. t eorum diminutio t abiectio diuitie sunt gentiū. quātomagis plenitudo eorum? Ac si diceret: Si malū vertit eoꝝ deus in bonum. i. in diuitias mūdi. multomagis bonū eoꝝ. s. in fine mūdi quādo cōuersa eorum plenitudo ditabit gētes doctrina t exemplo. ¶ Glo. ibidē ait. Hinc t idem apostolus sicut illā auctoritatē Ose: Vocabo non plebē meā plebem meā ꝛc. de conuersione gentium exponit. sic etiā mox auctoritatē Ysaie p iudeis inducens. ita dicit: Ysaias aūt p israel clamat. i. pro iudeis pphetiçat aperte dicens: Si fuerit numerus filioꝝ israel tāq̄ harena maris reliquie saluę fient. hoc est. licet ad modum harenę steriles sint a gratia fidei t fructu operis boni non tñ ideo radix patriarcharū penibit imo reliquię saluabūtur. i. illi quos inde reliqui. t qui ab aliis relicti sunt ut viles t pauci.

De puersitate antichristi. Glo. super secunda ad Thessal. ij ca.

Lap. CII.

Si autem dicit apostolus: Nisi primū venerit discessio. quādā codices habēt: Nisi

venerit refuga. qđ intelligit de antichristo. Huc. n. vocat refugam vtiq; a dño deo. Si. n. ꝟ de oibꝫ impijs pōt dici merito. q̄ntomagis de isto. qđ etiā describēs ibidē subiūgit: Nisi recessatē fuerit hō peccati filius pditionis. qui aduersat̄ & extollitur sup omne qđ dicit̄ de⁹. aut qđ colitur. Reuelabit̄ inq̄ṫ. manifestabit̄ eni⁹ species iā p̄cedit. q; iā mysteriū iniq̄tat̄ in mēbris suis operat̄. & dicit̄ hō nō de⁹. totius peccati huius filius pditionis. i. diaboli hominū pditor. Filius inq̄ṫ ei⁹ nō p̄ naturā ſ̄ p imitationē. Sed filius pditionis dr. q̄m pdēs alios & ipse pdet̄. Qui ideo recte dr antichristus. q; christo & mēbris ei⁹ adūsabit̄. & efferet se sup oē qđ vl̄ falsa opinione vl̄ idolū vl̄ būficij gratia vt q̄libꝫ sctūs de⁹ dr. aut qđ ⁊ vo cultu sicut de⁹ trinitas colit̄. ¶ Hiero⁹ sup Danielē. Sicut aūt olim p̄dictū est a Daniele ꝓpha: Stabit in loco ei⁹ despectus. & nō ei tribuet̄ honor regis ꝛc. Nostri. n. hęc & q̄ sequūt̄ exponūt de antichristo q̄ futur⁹ est tpe vltimo. Hic nāq; de modica gēte. i. de ꝓfo iudaico nascitur⁹ tā būlis atq; despect⁹ erit ut ei non det̄ honor regius. ac p̄ insidias & fraudulēter obtineat p̄incipatū. & romani ab eo expugnēt̄ & p̄dabūt̄. Simulabit. n. se ducē fideiussoris. testamēti dei ac legis. & ingredietur vrbes ditissimas & faciet q̄ nō fecerūt p̄res ei⁹. Cogitabit adūsus illos q̄s volet legē dei derelinquere. & eleuabit̄ ꝑtra oē qđ dr de⁹. & adūsus deū deor⁹ magnifica loquet̄. ita ut i templo dei sedeat. ac se deū faciat eusq; voluntas dirigat̄ donec ira dei cōpleat̄. nā i ipso erit cōsūmatio. Vbi aūt inꝑpetrati sum⁹. & in ꝓcupiscentijs fęminar⁹ erit. septuaginta trāstulerit & ꝓcupiscentijs fęminar⁹ non ſbiaccebit. Et ſ̄ facile de antichristo pōt intelligi. q; ideo simulādo castitatē fingat. ut plurimos decipiat. Multa q̄; deceptis munera tribuet ac trā exercitui suo diuidet quosq; terrore nequerit. ananicia subiugabit. Hic ſ̄ de Babylone vēturꝰ p̄mū ꝓ regē austri. i. egypti pugnabit. ꝑmoq; regnū ei⁹. ac postea libyas & ęthiopes superabit. Eoq; in tra isrl̄ venīēte datur. ſ̄ ei man⁹ vrbes multę vel potiq;. Idumeā. mo. & moabitidē & arabiā intactas relinquet. q̄m illuc sctōr cęt⁹ ad deserta ꝓfugiet. Pugnāo aūt ꝓ egyptios ac libyas & ęthiopes atq; ꝓterēo tria de decē cornibꝫ audituꝰ est adūsū se bella ꝓsurgere de oriētalibꝫ & aq̄lonis ptibꝫ. q̄ veniēs cū mag̃ multitudine ut ꝓterat & plurimos interficiat. figet tabn aculū suum in apeduo inr neapolis q̄ pus emaus vocabat̄. vbi incipiāt indęg mōtana ꝓsurgere. Vndeq; se eriget ac beersolymoꝝ regionem ascendet.

De pſecutione illi⁹ in sctōs dei Aug⁹ de ciui. dei. li. xx.

Cap. CIIII

Iterum aūt alligatus ē satḥanas mille ānis. ut legit in Apoc. q̄ videlicz numero pfecto notat̄ tpis plenitudo. ſ. a passione domini vsq; ad finē ſculi. Vnd⁹ alligatio est eū nō ꝑmitti tota tēptationē exercere quā pōt vl̄ vi vl̄ dolo ad boies seducendos i ptē suā violēt̄ cogēdo vl̄ fraudulēter fallēdo. Nec si ꝑmitteret̄ i tā lōgo tpe tātaq; multoꝝ infirmitate plurimos tales q̄les id⁹ ꝓpeti nō vult & fideles reiicere. & alios ne crederēt impedire. qđ ne faceret alligat⁹ est. Huc aūt soluet̄ q̄n et bene cēp⁹ erit. Mā trib⁹ ānis & fer mēsib⁹ legit̄ tot suis viribꝫ suoꝝq; ſcutur⁹. Et tales erūt cū qbꝫ pugnabit ut tāto ei⁹ ipetu insidijs vinci nō possūt. Si ꝛo nūq; solueret̄ nūq; ei⁹ maligna potētia oīderet̄. min⁹q; timitat̄ scē. ſ. ecclię fidei patiētia ꝓbaretur. minusq; pspiceret̄ q̄s magno ei⁹ malo tā bn dūs vsus sit. q; eū cū oino a tēptatiōe abstulerit sctōr. q̄uis ab eorū interioribꝫ boibꝫ vbi i deū credit̄ foras miserit ut ei⁹ forinsec⁹ ipugnatiōe ꝓficerent. & in eis q̄ sūt ex ꝓte ipsi⁹ alligauerit ne q̄ttū posset effūdēdo & exercēdo malitiā innumerabiles infirmos ex qbꝫ ecclesiā multiplicari oportet. alios credituros

alios credētes a fide pietaq; boo ꝛterreret ꝛ illos frāgeret. Soluet aūt in fine sathanas ut quē forte adūsanū supauitcū ingēti glia sui liberatoris aspicat ꝛi cuitas. Hn eo ꝛ sane q̄ tūc futuri sūt sanctoꝝ atq; fideliū cōpatione q̄d sumuet quādoq; dē ad illos ꝓbādos tāt⁹ soluet inimic⁹ cū q̄ nos etiā ligato tanto pericu lio dimicamus. Deus ꝛ ē ꝛpus in duallo quoslā christi milites nō est dubitandū fuisse ꝛ esse tā prudētes ac fortes ut etiaꝫ si tūc cū ille solue inimic⁹ in hac mortalitate uiuerēt oēs insidias a⁹ atq; impetus ꝛ prudētissime cauerēt ꝛ patientissime sustinerēt. Hec aūt alligato diaboli nō solū facta est ex q̄ cepit etiā pter iudeā in natiões alias dilatari · ē etiā nūc fit ꝛ usq; ad finē seculi fiet · q̄ videlicet malignus ille solui debet. Dnicuiq; etenī fideliū ille fortē tūc alligat cū ab illo tā q̄ vas ei⁹ emptat. Aliiq; succedūt alijs nascēdo donec ē seculū finiat quoꝝ quotidie uelut ī abyssō cecis ac pfūdis coꝛdibus includat. ¶ Ex glo. sup Apocalys xx. Ytaq; sic legit ibi: Lunitate sanctā ꝓcalcabūt · i · ecclam pſequent⁹ ministri uidelicet antichristi mēsibꝫ q̄dragita uuobꝫ · i · trib⁹ ānis ꝛ dimidio q̄b⁹ regnabit antichrist⁹. Et dabo inq̄t dns duobus meis testib⁹ Enoch uidelicꝫ ꝛ Helie subaudi · q̄ꝫ doctrinę ꝛ ꝓphetabūt mille ducēt⁹ lxꝛagita diebꝫ · i · ꝓdicabunt trib⁹ annis ꝛ dimidio sicut ipse ꝓdicauit christ⁹. Et ē faciēt amicti saccis · pniam scꝫ ꝓdicātes ꝛ exēplo sui ostēdētes. Lūq; finierint testimoniū suū · bestia · i · antichristus q̄ ascēdet ad regnū pugnabit ꝫ illos ꝛ disputatiōibꝫ acrit · ꝛ occidet eoꝝ corpa liter · ꝛ iacebūt coꝛpa eoꝝ in platea ciuitat⁹ magne · i · hierusalē quondā dei ut q̄dq; uiderint timeāt eis conformari

De interitu eiusdē ꝫ Hiero⁹ vbi supra. Cap. CIIII

Ostq; ergo fuerit antichristus ut dctū est in apedno tabernaculū suū inde se erigēs usq; ad montē oliueti regionem ascēdet hierosolymoꝝ. Hic uenit usq; ad ꝓfati mōtis uerticē q̄ dicit inclytus · qt ex eo saluator ascēdit ad patrē · dnoq; cōtra se uenīte nullus auxiliari potent ei · ibi nāq; pbuit uñ dns ad celos ascēdit. Nō ꝛ Esaias plen⁹ loq̄t dicēs: Decipitabit dns in mōte illo facē uinculi colligati sup oēs ꝓphas. ¶ Glo. sup j. ad thessal. v. ca. Sicut ē legit⁹ in libris ꝓphete Danielis: Regnabit antichristus ꝛ ministri ei⁹ trib⁹ ānis ꝛ dimidio. Et sic in Apoc. q̄ꝫ habet. Helias ꝛ Enoch interficiēt ab illo · tunc erit talis tribulatio q̄lis antea nō fuit nec postea erit. Post modū antichrist⁹ ꝛ maꝛia pars suoꝝ interficiet a Michaele. Post mortē xo antichristi q̄dragintaq; qꝫ dies ꝓcedent bonis ad pniam q̄ nō tribuauerūt in illa pſecutione. Ministri aūt antichristi gaudebūt illis dictis ꝛrores ducētes ꝓuinia celebrātes ꝛ ioca diuersi generis exercētes. atq; dicētes: Licet ꝓcepto nr̄ sit mortuꝰ tñ mō pacē ꝛ securitatē habem⁹. Lūq; talia uiderīt ut ait apls: Supueniet repēte eis interit⁹ ita grauis ꝛ subitus sicut est dolor mulieris in utero habētis · qō tñ euadit ē illi nō effugiēt. ¶ Glo. sup ij. ad thessal. ij. ca. Occidet legit⁹ antichristus ut a doctoribꝫ traditur in mōte oliueti in papilone ꝛ i solio suo · videlicꝫ in illo loco cōera q̄ dns ascēdit ad celos. Illo aūt infecto non statim uenit christ⁹ ut ab ipso mūd⁹ iudicet · ē ut ex libro Danielis intelligit q̄dragintaquinq; dies electis ad pniam ꝓcedētur. Quātū xo p⁹ dns uēturꝰ sit penit⁹ ignorat. ¶ Hiero⁹ vbi supra. Atpe q̄ inḡe sacrificiū ablatū fuerit · i · quo antichristus orbē obtinēs dei cultū interdixerit · usq; ad infectionē a⁹ cōplebūt dies mille ducēti nonaginta · i · tres anni ꝛ dimid⁹. Ato q̄pe tpe sanctos pſequetur. Deniq; beat⁹ inq̄t q̄ expectat ꝛ puenit ad dies mille trecētos trigintaquinq;. ē est oēs qui antichristo infecto dies q̄dragintaq;qꝫ sup numerum ꝓfinitum

pectolant' q̃lo dñs in sua maiestate ve-
nies manifestabit'. Cur aũt p' iniquitates
antichristi q̃dragita q̃nq; dicẽs silẽtiũ sit
futuꝝ · dimiꝫ q̃dẽ est sciẽtie nõ hũane ·
nisi forte dicam' · q' regni dilatio patien-
tie sctõꝝ ẽ cõprobatio · puto aũt ꝫ pẽni-
tentie dari locũ per pẽnas lapsorum.

De aduẽtu christi ad iudicium Glo. vbi s. Cap CV.

n Ec veniet ut dictũ ẽ dñs ad iudiciũ nisi venerit discessio primũ · videlicꝫ ecclie a spũali obediẽtia romane ecclie vel boiuꝫ a fide

¶ Ambro. sup j. ad thessal. Descẽdit aũt dñs ipe Jesus christ' volũta te pris cũ exercitu celesti ad gerẽdũ bellũ cõtra antichristũ nomine dei · q̃ extincto iussu ei' resurgẽt mortui. Hoc ẽ · n · in tu-
ba dei descẽdere videlicet noie dei bellũ agere. ¶ Hiero' sup Mat. li. iiij. Sol
obscurabit' · nõ q̃dẽ sui luminis diminu-
tione · ꝫ veri lumis cõpatione. Alioq̃n le-
gimus solẽ septuplũ lumis habituꝝ i il-
la die · ꝫ cõpatione verę lucis oĩa erũt in
sua natura tenebrosa. Itaq; si sol ꝫ luna
ꝫ stelle ꝫtutes q̃ angelice i aduẽtu chri
sti in tenebras reputabũt · illoꝝ supcilioꝝ
repcutiat' q̃ pñtiam indicãtis formidant ·
qz se sctos arbitrãt. ¶ Origenes sup Mat. Dicet aũt aliq̃s q' sic in magnis
ignibꝫ succẽdi incipiẽtibꝫ ex fumo pluri-
mo tenebre ertolli videt' · sic in consũma-
tione mũdi ab igne q̃ accẽdẽdus est cęli
luminaria obscurabũt'. Ali' ꝫ exẽplo vtit'
Ut sicut deficiẽte oleo lucerne paulatim
lumẽ minuit' · sic luꝝ celestiũ luminũ defi-
ciẽte mitrimine obscurabit'. ¶ Glo. su-
per j. ad coꝝ. ca. iij. Duos autem
ignes futuros legim'. Unũ eternũ q̃ iu-
diciũ sequet' · q̃ videlicꝫ reprobi eternaliter
punient'. Et alteꝝ q̃ pcedet · q̃ · s · bon' mũ-
di facies exuret' · q̃ etiã emũdabit eos q̃ fũ
damẽto ecclie lignũ fẽnũ stipulã superedi
ficauerũt. Qui aũt auꝝ pciosos lapides
argẽtuꝫ superedificauerũt ab vtroq; igne
securi sũt. Glo. sup Jobã. iij. ca.

In tpe igit' illo ait dñs: Cõgregabo oẽs
gẽtes ꝫ deducã eas i vallem Josaphath
ꝫ ibi disceptabo cũ illis. Hoc q̃dã pueri
liter intelligãt videlicet q' in valle q̃ ẽ in
latere olivẽti mont' dñs ad iudicium de-
scẽsurus sit · qđ vtiq; friuolũ est · q; nõ in
terra ꝫ in bon' aeris spatio sedebit cõtra
locũ eiusdẽ mont' ex quo ascẽdit. Ut sic
Johãnes Chrysostom' ait: Angeli re-
ferẽt añ illũ salutiferę crucis signũ. Josa-
phath aũt interpꝫtat' iudiciũ dñi. Ad iu-
diciũ q̃ dñi cõgregabũt' nõ solũ indigi q̃
credere nolucrũt · ꝫ oẽs impij q̃ ab initio
fuerũt. Justi ꝫo nõ descẽdẽt in vallẽ
iudicij videlicet ut iudicio damnẽt' · ꝫ in
nubibꝫ obuiã christo deuabũt'. ¶ Hay-
mo sup Isaiã. Itaq; iuxta ꝓpham
Isaiã. Hęc q̃dẽ erũt in medio trꝫ · id est
in hierusalem quę ẽ vmbilic' terrę. Dñs
tñ nõ descẽdet in terrã ad iudiciũ · sed in
aere sedebit in nubę cõtra montẽ olivẽti
stipat' agminibꝫ ꝫ ꝫtutibꝫ cęloꝝ. In nu-
be ascẽdet ꝫ iteꝝ in nube veniet sic ab an-
gelis dictũ est: Sic veniet quẽadmodũ
vidistis eũ eũtẽ in cęlũ. Ipsemet q̃z dicit
Hõc videbũt filiũ hois veniẽtẽ in nubi
bus cũ ptãte magna ꝫ maiestate.

De icertitudine illi' diei. Aug' in li. lxxxiij. qõnũ. Cap. CVI

f Unusquidẽ sęculoꝝ est ętas serta mundi · videlicet ab aduẽtu dñi vsq; ad finẽ sęculi
qua scilicet exterior homo tanq̃ senectu
te corrũpit' · ꝫ interior de die in diẽ renou-
at'. Senectus vero tũ ꝑpis solet tenere
q̃stũ oẽs ętates cęterę. Nã cũ ab anno
sexagesimo seneꝯ dicat' incipere · ꝫ hois
vita possit vsq; ad annos cẽtesimũ ꝫ vi-
gesimũ peruenire · manifestũ est solã senec-
tutẽ tã longã q̃ oẽs ętates ꝓores ẽ pos-
se. ¶ Idẽ de ciuita. dei li. xviij.
Frustra igit' anos q̃ remanẽt huic sęculo
conarentur diffinire · cũ eis de hac re
calculãtibꝫ digito solvit ꝫ q̃sq; cere iubet q̃
ait: Nõ ẽ vr̃m nosse tẽpora vel momẽta
q̃ pr̃ posuit in sua pr̃ate. ¶ Hiero' su-
per Mat. l. iiij. Dem̃q; de die inq̃t

illa ꝛ hora nemo scit nisi pater solꝰ. Nō enim expedierat apostolis nosse die adventus iudicis: ut semp incerti sic quoti die viuerēt tāqꝫ altera die iudicādi cēnt

¶ Greg⁹ in moral. li. xix. Vnde beati Job voce dicit: Arcus meus in manu mea instaurabit. Per arcū eni extremi iudicij designauit dies: sicut alibi dicitur: Dedisti metuentibꝫ te signū ut fugiant a facie arcus. In arcu nāqꝫ cito lōgius trahit chorda: tāto de illo districti or erit sagitta. Sic illi⁹ iudicij dies qꝫto longius differt ut veniat: tanto cū venerit sequitur ut de illo districtior sīta pcedat. Idcirco nūc dandis diuīis pcuti mur ut his correpti pariter inueniamur. Vnde ꝛ illic dicit: Ostendisti popolo tuo dura.

¶ Chrysosto. super Mat. li. i. Sciendū vero qꝫ medulla huius mūdi sūt hoīes sancti. Sicut igit arbor floret qdiu medulla fuerit sana cum aūt fuerit pcomesta paulatim marcescendo siccat tota. Sic ꝛ qdiu sūt homines fideles stat iste mundus: ꝛ cū sancti de mundo deficiunt est vtiqꝫ casurus Sicut etiā regredientibꝫ israelitis de ęgypto exterminata est ęgyptus.

De resurrectiōe generali. Glo. sup i. ad cor. xv. ca.

Cap. CVII

Unc omnes quidez dormiemus tā boni qꝫ mali videlicet qꝫ mali resurgemus: sed non oēs in gloriā imortalitatis imutabimur. Ut hoc ī momēto i. breuissimo ꝛ angustissimo tēporis spacio. In ictu oculi i. qꝫcito radius oculi trāsit ad remota ꝛ trāsuolat media. In nouissima tuba i. p vocem magnam ꝛ manifestam post qꝫ nō erit alia Ac si dicat apostolus: Fiet vniuersalis resurrectio ī nouissimo signo qđ nutu diuino dabit ut ista cōpleant. Per tuba clamor forte ille intelligit de quo in ēāgelio dicit. Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiā ei. Nō eni tūc veniet cū sperat: sed media nocte id est occulte valde ꝛ insperate. Et quasi quęreret quis: An erit sonus illius tube: Rndet vtiqꝫ. Canet eni in quartuba. Nubę nomine aliqđ euidens ꝛ ꝑdatum signū accipit qđ archāgeli vox ꝛ tuba dei alibi ꝛ etiā vox christi quā audiēt mortui de monumentis in ēāgelio dicitur. Unde ꝛ ibidē ab apostolo scribit: Ut mortui resurgāt incorrupti videlicet oēs sine aliqua diminutione mēbroꝝ. et nos imutabimur in gloriā imortalitat⁹ videlicet boni trīm.

¶ Aug⁹ de ciuitate dei. Queri antē solet vtrū illi quos vnos inueniet christus nūcqꝫ omnino sint morituri an ipso tēporis puncto quo rapientur obuiam christo ad imortalitatē mira celeritate sint transituri. Nō enim dicendū est fieri nō posse ut in illo spacio per aera portent in sublime ac de ista vita recedāt ꝛ reuiuiscat. Ad hunc quoqꝫ sensū quo estimemus illos in tam paruo spacio ꝛ mortē passuros ꝛ imortalitatē accepturos apl̄us nos vtgere videt: vbi per cā dicit: Sic in Adā oēs moriuntur ita ꝛ in christo oēs viuificabunt. Ut alibi: Quod seminas nō viuificat nisi pri⁹ moriatur. Cur aūt nobis videat incredibile multitudines illā corpoꝝ quod ammodo seminari in aere atqꝫ ibi protinus imortaliter ꝛ incorruptibiliter reuiuiscere non credamus in ictu oculi futuram resurrectionē ꝛ in membra sine fine victura tāta velocitate rediturꝫ antiquissimorum cadauerꝫ puluerē? Sed de his potius doctores aud. re vellē. Si tamē sanctos qui christo veniente viuentes reperientur eiqꝫ obuiā rapient credideritn⁹ in eodē raptu de mortalibꝫ corporibꝫ exituros ꝛ ad eadē mor immortalia rediturōs nullas in verbis apostoli patiemur angustias generaliter accipientes qđ dictā est: Omnes quidē tam boni qꝫ mali resurgemus sed nō omnes in solēnitatē resurrectionis imutabimur.

¶ Idez super Genesim li. vii. Si quem vero mouet quid opus sit defunctoꝝ spiritib⁹

deum acquirit · sed etiam ipsam disciplinę seueritatē multo leuiorem facit · iuxta illud Hieronimi de historia actuū apostolorum libro.ij. Pitissima soror est pęnarum quas nota gerunt. Et illud Ouidij sine titulo libro.j. Leue fit qđ bene fertur onus. Ideo dicit Seneca ad Lucilium epistola lxxviij. Noli mala tua tibimet ipsi grauiora facere ꝛ de querelis onerare. Dolor quippe si nihil ei opinio adiecerit est leuis · ipsumq; leuem dū leuem putas efficis. Hinc ꝛ Quintilianus in cā.x. Nulla inquit est nisi inuito pęna · nullumq; dolorem habemus nisi ab impatientia ꝛ ut aliqđ crudele sit metus facit. **Nona ratio** vel causa libenter tolerandi · est sequens iocunditas. Et hęc ē duplex · scilicet pręsens ꝛ futura. Pręsens quoq; triplex. Transacta nāq; pęnitentia dulcis ē disciplinę perpessę memoria. Iuxta illō Senece In hercule furente quę durum fuit pati dulce est meminisse. Ne solum dulcis est eius recordatio · sed etiam iocunda relatio. iuxta illud Senece ad Lucilium vbi supra. Qđ acerbum fuit · iocundum est retulisse. Naturale est enim mali sui fine gaudere. **Tertia** vero iocunditas est de adeptione iustitię vel sapiętię · quarum vtraq; inestimabilem habet voluntatem. Vnde Macrobius in libro saturnaliū · Qui suos iquit dolores anxietatesq; dissimulādo trāseunt · patientię beneficio ad voluptatem maximam perueniunt. Hec tria designata sunt in virga Aaron quę floruit ꝛ fronduit ꝛ fructum protulit · ut legitur Numeri.xvij. Floret enim virga disciplinę siue correptionis per suasę fragrantem sui recordationē. Frondet per iocundam ꝛ gratam sui relationē. Fructū profert per iustitię vel sapientię acquisitionē. Sunt enī pueri sicut nouelli palmites · viti vere · id est Christo per gratiam baptismalem adhęrentes. Iuxta qđ dicitur ab ipso Iob.xv. Ego sum vitis vos palmites · Palmites aūt qđ putātur quasi destrui ꝛ diminui ac deturpari videntur · ꝛ etiā lachrymas emittunt · sed ex ipso fructum vberiorem reddunt. Sic ꝛ pueri sapiente agricola · id est · deo iubente vel disponente · putātur sarculo disciplinę · ꝛ hoc quidem dolent · sed hoc idem fit ut vberius fructificent · sicut ibidē a domino dicitur: Omnem palmitem in me ferentem fructum purgabit eum · ut fructum plus afferat. Vnde dicit ab apostolo ad Heb.xij. Omnis disciplina in pręsenti qdē videtur non esse gaudij · sed męroris · postea aut fructum pacatissimum exercitatis eam reddet iustitię. De hac etiā putatione ac fructificatione dicitur Eccl.iij. vbi agitur de disciplina sapiętię. Timorem inquit ꝛ metum ꝛ probationem inducet super illum · ꝛ cruciabit illū in tribulatione doctrinę suę. Ecce disciplina męroris vel mętoris disciplinę. Postea vero dicitur: Et thesaurizauit super illū scientiam ꝛ intellectum iustitię · ecce fructū sapiętię ꝛ iustitię. De futura vero ꝛ eterna iocunditate quę est fructus vltimus disciplinę · ita dicit Prosper vbi supra. Ira breuis rectis · gaudia longa dabit. Hoc est quod dicitur a domino Ioh. xvj. Plorabitis ꝛ flebitis vos · sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Idem quoq; dicitur per Esaiam.lxvj. Videbitis gloriam domini ꝛ gaudebit cor vestrū. Ad vbera portabimini ꝛ super genua blandiet' vobis. Quomodo si cui mater blandiatur · ita ego cōsolabor vos scilicet blandiendo ꝛ applaudendo. ꝛ lachrymas vestras abstergendo · Vñ illud Apoc.xxj. Abstergat deus omnem lachrymam ab oculis eorum · ꝛ vltra non erit neq; luctus neq; clamor · quia pma abierunt. Vnde beatus Bernard⁹. Fęlices inquit lachrymę quas pia manus conditoris abstergit.

Qñ instruēdi sunt pueri de obe dientia filiali.

Cap XXVIII

Icto de puerorum disci
plina qua discedere ⁊ a malo se cohibere compelluntur: dicendum est de illa quę bonos mores complectitur: quibus eorum vita informetur. De hac enim dicit beatus Cyprianus, in li. de. xij. abusionib⁹ sęculi. Disciplina est ordinata morū correctio. De hac etiā dicit Hugo de sancto victore. Disciplina est conuersatio bona ⁊ honesta quę non tantum mala non facere studet sed etiam in his quę bene agit per cūcta irreprehensibilis permanere. Et quoniā de moribus ⁊ bona cōuersatione ⁊ actum ac gestuum sensuumq; regimine quę ad disciplinam pertinent plurima tam diximus in tertio huius operis libro superius: hic solum ad presens dicamus: q; pueri maxime instruendi sunt de trib⁹ videlicet de obedientia finali: de compositione morali: de conuersatione sociali. In his enim tribus precipue consistit vitę bonę informatio: Iuxta illud beati Bernardi in sermone de apostolis Petro ⁊ Paulo. Putas inquit parua res sit scire bene viuere; Arbitrior autem q; bene viuis si humiliter: ordinabiliter sociabiliter viuis. Humiliter deo: ordinabiliter tibi: sociabiliter proximo. hęc Bernardus. Illud autem humilitatis ⁊ obedięntię vel subiectionis deo dicitur impēdi: q⁹ prelatis ac potentibus ⁊ magistratibus exhibetur propter ordinationem dei: iuxta illud apostoli ad Romanos xiij. Nō est enim pt̄as nisi a deo: q̄ aūt a deo sunt: ordinata sūt. Itaq; per primū humiliantur erga maiores suos: per secūdum ordinantur apud semetipsos: per tertium recte conuersantur inter socios siue proximos. Est autem obedięntia voluntas faciendi mandatum superioris. Item obedientia dicitur esse spontaneū ⁊ rationale sacrificiū voluntatis proprię. Iterum sic describit: Obedięntia est pio iussa studio proprię voluntatis abnegatio ⁊ voluntaria recusatio. Inobedientia vero est ex duritia mentis obstinatę cui debeas imperanti nolle obtemperare. Quia vero puerorum volūtas est volatilis ⁊ vaga: ideo maxime opus habet regi obedięntia sub volūtate aliena: alioquin ut legitur Prouerb. xxix. Puer q̄ dimittitur voluntati suę confundet matrem suam. Ceterum pueri quoq; regales qui debent aliquando ceteris precipere: plus ceteris necesse habēt obedientiam experiri ⁊ addiscere. Ut enim dicit Tullius in libro de legibus iij. Et qui bene imperat necesse est aliquā do paruerit: ⁊ qui modeste paret: videtur q⁹ aliquando imperare dignus sit. Itaq; de obedientia considerāda sunt tria: videlicet cur obediendum sit: ⁊ quibus personis: ⁊ quibus modis. Tanta siquidem ad obediendum incitatiua debet esse trina: videlicet ipsius obedientię bonum ⁊ exemplum ⁊ commodum. Nempe tantū est obedientię bonum: ut sicut dicit Augustinus sup Genesim li. viij. Oportuerit ab initio ut homo sb deo positus aliqū de prohiberetur: ut ei virt⁹ esset ipsa obedientia promerendi dominum suum. Quā inquit audeo verissime dicere solā virtutem esse omni rationabili creaturę agenti sub dei potestate. Primumq; ⁊ maximum vitium esse timoris ad ruinam vti velle potestate sua: cuius vitij nomē est inobedientia. Hinc etiam dicit Gregorius in moral. libro. xxv. Nequaq; arbor illa mala in paradiso extitit quaz de⁹ homini ne cōtingeret interdixit. Sz ut melius per obedientię meritum homo bene conditus crescere: dignum fuit vt illum etiam a bono prohiberet. Sola nāq; virt⁹ est obedientia que menti ceteras virtutes inserit insertasq; custodit. Sola est quę fidei meritum possidet: sine qua qualeq; infidelis esse conuincitur.

etiam si fidelis esse videatur· hec Gregl. Nemq; tantū est bonum obedientię· ut non solum illum hominem primum qui est caput omnium ſm naturam· sed etiā secūdū hoīem christus qui est caput omnium fidelium ſcām gratiam· ponere voluerit de⁹ in probatorio· vel in schola obediētię. Hūc de ipso dic apostol⁹ Heb. v. Quia cū esset filius dei didicit ex his quę passus est obedientiam· id est· experientiam obedientię· ut esset pariter discipulus ⁊ doctor obedientię. ¶ Exempla vero multa legimus magnę obedientię· Et primo quidē Abraam patrē fidei nostrę cuius obedientiam trino p̄cepto ⁊ graui deus voluit p̄bare. Primo· scilicet de patrię suę desertione dicens· ut legitur Gen. xij. Egredere de terra tua ⁊ de cognatione tua ⁊ de domo patris tui ꝛc. ¶ Secūdo de circumcisione dicens· ut legitur in eodem .xvij. Circumciditur ex vobis omne masculinum· ⁊ circumcidetis carnē p̄putij vestri ꝛc. ¶ Tertio de filij immolatione dicēs in eodem .xxij. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac· ⁊ offer illum in holocaustū ꝛc. ¶ Primū fuit graue p̄ceptū· secūdū grauius· tertiū ꝑo gravissimum. Unde Origenes sic exponit illa verba sup Genesim· omel. viij. Tolle inquit filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac ꝛc. Ecce carus ac dulcibus appellationibus iterum ac sępe repetitis affectus paterni suscitantur· ut amoris euigilante memoria ad immolandum filium paterna dextera retardetur· et adversus fidem animi tota carnis militia repugnet. Et quia semē in Isaac promissum ei fuerat· fit etiam memoratio nominis pueri· ut ⁊ promissionis quę sub hoc nomine facte fūt desperatio subeat. Ex quid p⁹ hęc? Intuemini p singula quomodo fiunt temptationis augmēta· prius enim dicitur ei q̄ filium offerat· deinde q̄ in montē ascēdat· ut dum iter agit per totam viam cogitationibus discrepatur: Et hinc vigente p̄cepto· hinc vero vnica affectu obluctante cruciatur. Propter hoc igit⁹ ⁊ via iniungit· ⁊ ascensio montis· ut in omnibus his spaciū accipiāt certaminis· affectus ⁊ fides· amor dei ⁊ amor carnis· gratia p̄sentium ⁊ expectatio futurorum. Die autem tertio vidit locum procul· hic quoq; sapientiā ⁊ consilium temptātis intuere. Per triduum iter protenditur· quo cunis recursantibus paterna viscera cruciantur· vt omni hoc spacio tam prolixo pater filium intuens cū eo cibum sumeret· totq; noctibus puer in amplexibus patris penderet· pectori ihęreret· in gremio cubitaret. Cunq; pergerent simul· dixit Isaac p̄ri: Pater mi. Quomodo putas ⁊mo laudus filius per hanc vocem viscera paterna concussit· putas ne alicui vestrum ex ipsa historica narratione tantū animi robur acquiritur· ut cum forte amittatur filius morte communi· ⁊ omnibus debita etiam si sit vnicus ⁊ dilectus Abraam sibi in exemplum adducat· ⁊ magnanimitatē eius ante oculos ponat· hęc Origenes de magnanimitate Abrę quā fecit in eo virtus obedientię. Ubi postmodū filio liberato ⁊ ariete pro eo immolato dictum est ei a domino: Per memetipsum iuraui· qui fecisti rem hanc ⁊ nō pepercisti filio tuo vnigenito propter me· benedicam tibi ⁊ multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli ℟. quia obedisti voci meę. Hinc etiam de ipso dicit Sedulius in carmine paschali li. p̄. O iusti mēs sancta viri pietate remota. Pl⁹ pietatis habēs contempsit vulnera nati: Amplex⁹ p̄cepta dei. Aliud exemplū habemus potissimum· ipsum dominum Jesum Christum· qui eam docuit non solum verbo· sed etiā exemplo· ⁊ in mundum veniens ⁊ in mundo manens ⁊ de mundo transiēs ¶ De primo dicit Joh. vj. Descēdi de cęlo non ut faciam voluntatem meā· sed voluntatem eius qui misit me. Hinc etiam per obedientiam virginis intrauit

quia statim in vterum eius per angelum misso obediuit eius dicens: Ecce ancilla domini ꝛc. ¶ De ſcdo dicit in eodem iij. Meus cibus est ut faciam voluntatem patris mei. ¶ De tertio dicit in eodem. xiij. Vt cognoscat mundus quia diligo patrem-ꝛ sicut mandatum dedit mihi pater-sic facio-surgite eamus hinc scilicet ad locum passionis. Hinc ꝛ apostolus ad Phil. ij. Humiliauit inquit semetipsum fact⁹ obediens vsq; ad mortem-mortem autem crucis. Huius obedientię finalis pretendit mysterium-q̄ inclinato capite emisit spiritum-vt legitur Joh. xix. Et hęc duo potissima exempla sufficiant modo-scilicet vnum de veteri testamēto ꝛ alterum de nouo. ¶ Ceterum exemplum generale habem⁹ in omni genere creaturę-excepto dęmone ꝛ homine-qui maxime propter sensus-rationis deberent obedire. Nam de angelis dicitur ad Heb. p̄. Q̄ omnes sūt administratorij spiritus. Vnde Daniel. vij. dicitur-q̄ milia milium ministrabāt ei. De sole ꝛ luna ꝛ alia creatura celesti dicitur alibi-q̄ preceptum posuit ꝛ non preteribit. De vēto ꝛ mari dicit Math. viij. Q̄ venti ꝛ mare obediunt ei. De terra vero dicitur in psalmo. Ascendūt mōtes ꝛ descendunt campi ꝛc. terminum posuisti eis quē non transgredient. Vnde Ambro⁹. Non mediocris est inquit pudor insensibilia elementa imperio dei parere-ꝛ homines nō obedire-quibus tribut⁹ est sensus ab ipso auctore. Hęc de exemplis obedięnę. ¶ Cōmoda vero obedientię sunt multa. ¶ Primum scilicet q̄ ipsos obedięntes christi fratres efficit-sic ipsemet dicit Math. xij. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in celis est-ille meus frater ꝛ soror est. ¶ Secōm q̄ christum in hospitio mentis recipit-qd̄ signarum est in hoc q̄ ipse Christus in bethania-ꝛ in domo Simonis hospitē se prębuit-vt legit Joh. xij. Simon enim interpretatur obedięns-ꝛ bethania domus obedientię. ¶ Tertium est q̄ ipsa obedientia eos a libidine proprię voluntatis castificat-sm illud j. Petri p̄. Animas inquit vestras castificantes in obedientia charitatis. ¶ Quartū est q̄ de hospitibus spiritualibus vel etiam corporalibus triumphat-sm illud Prouerb. xxj. Vir obediens loquetur victoriam. ¶ Quintum est q̄ eos intus ꝛ extra pacificat-sm illo Prouerb. xvj. Qui timet preceptum in pace versabitur. ¶ Sextum est q̄ eos ad contemplationem celestium preparat-sm illud Esaię. lviij. Si glorificaueris dūm-dum non facis vias tuas-ꝛ non inuenitur voluntas tua-ut loquaris sermonem-tunc delectaberis sup dominō-ꝛ sustollam te super altitudinem terrę-ꝛ cibabo te hereditate Jacob patris tui. ¶ Septimum est q̄ eos ad vitam eternam introducit-sm illud Math. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Sicut enim inobedientia paradisi clauem amisit-sic eam obedientia recuperauit. Vnde ꝛ Simoni qđ̄ interpretatur obediens-dictum est a dño-Math. xvj. Tibi dabo claues regni celorum. Hoc etiam est notandū-q̄ obedientia quasi eques vadit in paradisum innūędo scilicet alienis pedibus-i. voluntati ꝛ sensui alterius. Denicq; obedientia plurimas benedictiones assequitur q̄ proponuntur Deut. xj. Si obedieritis mādatis meis dicit dominus-dabo pluuiam terrę vestrę ꝛc. Et in eodem xxviij. Venient super te vniuersę benedictiones iste si pręcepta eius audieris ꝛ custodieris-benedictus tu in ciuitate-ꝛ benedict⁹ in agro ꝛc. Ecōtra vero sicut obedientia facit hominem seruum dei-sic inobedientia siue voluntas ꝓpria seruū diabol. Propter qđ̄ dicitur Eccl. xviij. Post concupiscentias tuas non eas-et a voluntate tua auertere. Si enī pręstes animę tuę concupiscētiam eius-faciet te in gaudiū inimicis tuis. Et reuera mul-

541

est q̄ inobedientia non est omnibus hominibus maxime odiosa. Nam in nobis ipsis experimur assidue q̄tus sit malum inobedientię propter q̄d de paradiso in hoc exilium detrusi sum⁹. vbi ꝛ infinitas miserias sustinemus. Hātūq̄ fuit inobedięt̄ię malum. ut filium dei per obedientiam oporuerit mori. ꝓpter illud curandum. iuxta illud apostoli Roma. v. Sicut per inobedientiā vnius hominis peccatores ꝓstituti sunt multi. ita ꝛ per vnū⁹ obedientiam iusti constituuntur multi. Deniq̄ tm̄ est malum inobedientię vt criminum maximo cōparetur scilicet idolatrię. iuxta illud Samuelis. j. Regl. xv. Quasi scelus idolatrię est nolle acquiescere. Inobediens enim quia servus est voluntatis proprię. subiectionē deo debitā sibimetipsi tribuit. q̄d est scelus idolatrię. Vñ dicit Job. xxxj. Si osculat⁹ sum manum meam. quę est iniquitas maxima ꝛ negatio cōtra deum altissimum? Nam osculari manus suam. hoc est. sibi vinose facere vel sequi voluntatem propriam. Hinc etiā est illud Aug. paulo ante positum: Primum inquit ꝛ maximum vitium ad ruinam est vti velle potestate ꝓpria. cui⁹ vitij nomē est inobedientia. Æterum propria voluntas in homine omne meritū apud deum etiaz boni operis euacuat. Vnde iudeis conquerentibus ac dicentib⁹ domino: Quare ieiunauimus ꝛ non aspexisti. humiliauimus animas nostras ꝛ nescisti. id est. nō approbasti: Respondit domin⁹ Isaię. lviij. Ecce inquit in diebus ieiunij vestri inuenit voluntas vestra. Hinc ꝛ Greg. in moral. libro. xxxv. Obedientia inquit plerumq̄ si de suo aliquid habeat nulla est. quia scilicet ipsa volūtas propria meritū euacuat. Ydeo dicit beatus Bernā. super Cant̄. Grande malum est volūtas ꝓpria. qua fit ut bona tua non sint tibi bona. Preterea inobedientia plerumq̄ hominem a dignitate sua deiicit. sicut ꝛ primum hominem deiecit. Exemplū etiā habetur de Saul. j. Regl. xv. quē inobedientia deiecit a regno. Vñ ibi a Samuele dicitur ei: Quia proiecisti sermonem domini. proiecit te dominus ne sis rex israel. Iterum hominem sępe confundit. quia frequenter ei⁹ voluntati ac spei contrariū accidit. Im illud Osee. x. Cōfundetur israel in voluntate sua. Vñ et dicitur Isaię. xl v. Qui cōfundentur omnes q̄ repugnant ei scilicet domino. Deniq̄ sicut obedienti ꝓponuntur plurimę benedictiones. sic ꝛ inobedienti plurimę maledictiones Deut̄. xxviij. Si audire inquit nolueris vocem domini ut facias omnia mandata eius. venient super te omnes maledictiones iste. ꝛ apprehēdēt te: Maledictus eris i ciuitate. ꝛ maledictus in agro. Maledictum horreum tuum ꝛ maledictę reliquię tuę. Maledict⁹ fructus ventris tui ꝛ fructus terrę tuę. armenta boum tuorum ꝛ greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens ꝛ maledictus egrediens ꝛc. hęc omnia dicit beatus Bernā. in sermone vbi supra.

Quibus obediētia debeat exhiberi. Cap XXIX

Primo igitur ꝛ super omnes obediendū est deo. sicut dic̄ Petrus Act. v. Obedire inq̄t oportet deo magis q̄ hoīb⁹. Unde si ꝙ cipiat homo quicunq̄ contrarium deo. nullatenus obediendum est ei. Im illud Eccl. iij. Non te subijcias homini ꝓ peccato. Alioquin iam obedientia non esse probatur. Unę sic diffinitur. Obedięt̄ia est animi deliberati iustę iussionis effect⁹ Hinc ꝛ Greg. vbi supra. Nūq̄ inquit per obedientiam debet malum fieri. sed aliquando debet per obedientiā bonū etiaz q̄d agit̄ intermitti. hęc Greg. Malum autez vel peccatum recte dicit̄ q̄cq̄d volūtati diuinę aduersatur. Vñ Aug. contra Faustum li. q̄. Peccatum inquit est dictum vel factū vel concupitū cōtra

legem ꝓternā. Lex autē ꝓterna est ratio diuina siue voluntas dei ordinē naturalem obseruari iubēs perturbari vetans. Et ut dicit Hiero⁹ ad Eclantiā: Non indiget de⁹ nostro obsequio sed nos indigemus illius imperio. Ꝑdata siq̄dē eius super aurū ꝛ lapidē preciosū sunt desiderabilia qm̄ in custodiēdis illis retributio multa. Obediendū igitur est ei ꝓcipue in ꝓceptis ac prohibitionibus decalogi quib⁹ spiritualiter intellectis ut alibi super⁹ ostensū est, ꝓhibetur omne malū ꝛ ꝓcipitur esse bonum. Porro nec ꝓlato nec patri carnali nec vili etiā boī est obediendū nisi ꝓpter deū ꝛ ꝓpter deum qui est principiū ꝛ finis omniū. Vñ etiā sic diffinitur obedientia ꝑ Hugonem Obediētia inq̄t vera est ꝙ amore dei seruare mandatū. Hinc ꝛ aplus Ephe.vj. Filij inq̄t obedite parētib⁹ vestris i dño i. ꝑ dñm. Qđ etiam exponēs Hiero⁹ ita dicit. Vtrisq; parentibus i. spūalib⁹ ꝛ carnalib⁹ obediendū est in dño in his quę non sunt cōtraria domini voluntati siue hūplacito. Itaq; de obedientia spiritualib⁹ patribus i. ꝓlatis exhibēda dicit aplus Heb.xiij. Obedite ꝓpositis vestris ꝛ subiacete eis ipsi enī pernigilāt quasi rationē pro animabus vestris reddituri ut cū gaudio hoc faciant ꝛ nō gementes hoc enī nō expedit vobis. Hic ꝛ ipse aplus secure ꝓcipiebat his quorum erat apostol⁹. Verbi gratia j. Cor. xj. Hoc autē inquit ꝓcipio. Et ad Philemonē. Multā inq̄t habens fiduciam in christo Jesu iperādi tibi qđ pertinet ad rem magis obsecro ꝓpter charitatē. Nā ut idem apostol⁹ dicit. j. Thimoth. v. Qui bñ ꝓsunt ꝓbyteri duplici honore digni sunt maxime qui laborāt in ꝟbo ꝛ doctrina. Honore inq̄ duplici videlicet spūali ꝛ temporali. Spūali qdē ut eis obediat ꝛ temporali ut eis necessaria ministrent. Bene autē ꝓsunt subdi eor⁹ instructioni ac regimini sollicite ītēdendo ꝛ pro eis apud deū intercedēdo

Nec hoc ideo aplus dicit quin ꝛ malis ꝓlatis i. male viuentib⁹ obediendum sit. Sic n. ꝓcepit a dño Matth. xxiij. Super cathedrā inquit Moysi sederūt scribe ꝛ pharisei: Oia ḡ q̄cunq; dixerint vobis seruate ꝛ facite. Sm opera vero eorum nolite facere: Dicūt enim ꝛ non faciunt. Ibiq; dicit glosa. ꝙ obediendum est eis ꝓpter cathedrā non ꝓpter vitam. Sn his ergo quę priment ad cathedrā obediendum est eis indifferenter. i. bonis ꝛ malis tanq̄ christi vicarijs Sn hac enim parte christo ī eis obeditur. ꝛ ab inobedientib⁹ christ⁹ in eis spernit. sicut dicit ab ipso Luc. x. Qui vos audit me audit. ꝛ qui vos spernit me spernit. Et licet clerici teneantur artius obedire mandatis ꝓlatorum. utpote qui penitus ꝛ q̄ētū ad psonas ꝛ q̄ētum ad possessiones ecclesiastica sunt de foro ipsorū. tñ etiā laici tenētur eis obedire in omnibus q̄ pertinēt ut dictū est ad officiū suū. qđ principaliē ac primo debent exercere circa correctionē atq; salutem animarū. secundario autem circa discretam ꝛ vtilem dispensationē rer⁹ ecclesiasticar⁹. Sz si ꝓciperet aliquid ꝓlatus clerico vel laico contra rationem non teneretur ei ad hmōi obedientiam. Vñ ꝛ papa cum aliq̄d solet ꝓcipere rationē assignat ꝓcepti vel ibidem vel alibi. Porro de obedientia parentibus carnalibus exhibēda. dicit aplus ad Col. iij. Filij obedite parentibus per omnia sc̄z in quib⁹ debet eis obedientia. Nā et parentes filios tenent in duob⁹ bñficijs. sc̄z in puidendis necessarijs corporis. ꝛ ī disciplina religionis. De primo dicit apostolus Eph. v. Nemo vnq̄ carnē suam odio habuit. sed nutrit ꝛ fouet eam. De secūdo dicitur ibidem. v. Educate illos in disciplina ꝛ correctione dñi. Sic ꝛ filij debent parentibus duplicē obedientiā vnam sc̄z in his quę sunt ipsor⁹ parentū. aliam vero in his quę pertinent ad dñm Prima consistit ī tribus. Sm illud Eccl. iij. Qui timet dñm honorat parentes. ꝛ

quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. Et in quibus eis seruire debeat exprimitur cum subiungitur: In opere ac sermone z omni patientia. In opere scz necessaria illis administrando. in sermone preceptis coz mentis consensum adhibituz verbis exprimēdo. z in omni patientia scz eorum corruptiones atq flagella patienter sustinēdo. Secunda cō sistit in tribus scilicet in credēdis z agendis z cauendis. Sic enim exponit in glosa illud qđ dicit apostolus ad Eph̄. vj. Filij obedite parentibus in domino. i. fm fidem z iusticiam domini. que scilicet iusticia habet duas ptes: declinare a malo z facere bonum. Debent itaq parentes simpliciter docere filios fidem z iusticiam. i. quid credant. quid faciant. z a q̄bus caueant. Et illi tenentur hoc ab eis suscipere z obedire. alioquin nō erūt immunes a crimine. In hoc enim non solū parentibus sed etiam deo inobedientes sunt z peccant criminaliter exquo ad annos discretionis peruenerūt. Unde dicit Aug. in libro confessionū. ij. recolens statū adolescētię sue. Monebat inquit me mater mea cum in genti sollicitudine ne fornicarer. z maxime ne adulterer. qui mihi monitus muliebres videbantur q̄bus obtemperare erubescerem: Illi aūt tui erāt deus meus. quia per eum tu mihi non tacebas. z in illa contemnebaris a me filio eius. Hinc etiam inobediētia homōi quondaz in lege puniebatur morte. sicut precipitur Deut. xxj. Si genuerit homo filium contumacem z proteruū qui non audiat patris z matris imperiū z coercitus obedire contēpserit: apprehendant eum z ducent ad seniores ciuitatis illius ad portā iudicij. dicentq ad eos: Filius noster iste pterunus z ptumax est. monita nostra audire contemnit. cōmessationibus vacat z luxurię atq conuiuijs. lapidibus eū obruet pplus ciuitatis z morietur. Sup illo quoq verbo apostoli ad Eph̄. Filij obedite parentibus in dño. dicit glosa q̄ hoc est preceptū legis. s. Exodi. xx. Honora inquit patrē tuum z matrē tuā. ut sis lōgeuus sup terrā. Obedientia q̄ debet parentibus ex p̄cepto. z inobedientia est trāsgressio. Hinc z aplus ipse numerat eam inter crimina. dicens Roma. j. Parētibus nō obedientes ꝛc. et postea: Qui talia inquit agūt. digni sūt morte. Ubiq etiā dicit glosa. q̄ parētibus non obedientes feris sunt indomitiores. Econtra vero filij Rechab multū commēdant a dño. q̄ obedierūt Jonadab patri suo. precipiēti. s. vt vinū imperpetuū nō biberent. nec ędificarēt nec plantarēt sed in tabernaculis habitarēt. vnde dictum est eis a dño Hieremię. xxxv. Pro eo q̄ obedistis precepto Jonadab patris vestri. z custodistis oīa mādata eius. non deficiet de stirpe ipsius stans in cōspectu meo cūctis diebus. Et reuera libēter obediendū est patri. cuius nomē dulce derivatū siue translatū est a patre cęlesti. fm illud apostoli Eph̄. iij. Flecto genua mea ad patrē dñi nri Jesu christi. ex quo omnis paternitas in cęlis z in terra nominatur. Quę aūt bona. puenīāt ex honore parētum z obediētia iam alias ostensū est supra. Sicut aūt filij debēt parentibus obedire. sic z illi debēt filios cū modestia precipere. Unde postq̄ dixit aplus Eph̄. vj. Filij obedite parentibus ꝛc. subiūgit: Et vos patres nolite ad iracūdiā. p̄uocare filios vestros. Qđ exponēs Hiero⁹ dic. Peccatū filiorū est parentibus nō obedire. peccatū vero parentū. filios lactentes ad iracūdiā. p̄uocare. aut certe iā adolescentibus z maturioris ętatis ea q̄ grauia sunt imperare. Itaq sicut in filijs obsequium. sic z in parentibus moderatū iubetur imperiū. ut se nouerit illis p̄esse nō quasi seruis. sed quasi filijs. hęc Hiero⁹. Unū est aūt in q̄ sibi mutuo tenēt ex debito parētes z filij in exhibitiōe sūbsidiorū que sūt necessaria corpi. Unde aplus. j. Thimoth. v. Si qua inḋt vidua filios aut nepotes habet: discat p̄mum domū

sua bñ regere ꝛ mutuã vicẽ parẽtib⁹ reddere. Hiꝭ aũt suos ꝛ maxime domesticorũ curã nõ habẽt fidẽ negauit ꝛ est infideli deteriox. **Preterhoc** etiã obediendũ est ꝓncipib⁹ ac iudicib⁹ tam ecclesiasticis qꝫ secularib⁹: Unicuiqꝫ ab illis qui sũt de foro ipsius sm illud apli Ro. xiij. Oia aia potestatib⁹ sublimioribus subdita sit. Nã qui resistit potestati ordinationi resistit. Qui aũt resistũt ipsi sibi damnationẽ acquirũt. Nã ꝓncipes nõ sũt timor boni op⁹ sed mali. Itaqꝫ seruãdę sũt eox leges ꝛ instituta ꝛ ꝓsuetudines. Vñ Tullius in li. j. de legib⁹. Justicia inqt est obtẽperatio legib⁹ scriptis ꝛ ꝓmox institutis. Hic ꝛ Virgili⁹ in georgicis li. iij. Est legã seruãda fides sãma volũtas. Dũ mãdat fieriqꝫ iubet parere necesse est Hic ꝛ Gregl naçãzen⁹ in quodã sermone habito coram imperatore: Subiecti sum⁹ inquit deo ꝛ inuicẽ nobis ac potestatib⁹ terrenis. Deo qdẽ ꝓpter oia nobis inuicẽ ꝓpter charitatẽ ꝓncipib⁹ aũt ꝓpter quietem ꝛ disciplinã. Ecce q⁹ decet nos obedire nõ solũ illꝭ q̃bus tenemur ex ꝓcepto s. superioribus sed etiam paribus vel etiã inferioribus. iuxta qđ dicit Petr⁹ in. j. ij. Subiecti estote omni humanę creaturę ꝓpter deũ. Ut enim dicit beatus Bern⁹ in li. de ꝓcepto ꝛ dispensatione. Illa nõ est obedientia perfecta quę ꝓcepti finibus est cõtẽta siue limitata. Denicꝫ serui tenent obedire dñis carnalibus sicut ꝓcipit apls Epł. vj. Et similiꝫ Petr⁹ i. j. q. Serui inquit subditi estote cũ omni timore dñis nõ tm bonis ꝛ modestis sed etiã discolis.

De septem gradibus in modo obediendi.

Cap XXX

Odus autem obedientię continet. vij. gradus quos in sermone de via vitę prosequit̃ bẽus Bern⁹, videlicet ut obediat libẽter simplicit. hilarit. velocit. virilit. bãlit. indeficẽter siue pseueranter. Itaqꝫ primus grad⁹ est obedire libenter. Omnis enim voluntas hominis ab adolescẽtia ꝓna est in malũ quoniã ab illa primę ꝓuaricationis angustia innatus est homini amor ꝓprię voluntatis que volũtatẽ creatoris relinquẽs ibi subiecta est seruituti vbi voluit dñari. Utũlibet tñ gue sit nõ põt primũ obediẽtię gradũ ascendere qui volũtatẽ ꝓcipientis nõ fecerit ꝑ suã. Ex volũtate igit suscipiẽda sunt imperia maiox ꝛ ipsã cor a volũtarijs reflectionib⁹ suis abducẽdũ donec ꝓpria volũtate diligat imperãtis mãdatũ hoc ẽ eni libẽter obedire volũtatẽ imperantis volũtarie adimplere. hec Bern⁹ de ꝑmo gdu. Hęc ẽ quã dixi ẽ filialis obediẽtia qꝫ nõ placẽt deo coacta seruitia. Unde pś. Voluntarię inquit sacrificabo tibi. Super hoc exẽplũ nobis prębuit chr⁹ in semetipso q̃ delectabat in obedientia tanqꝫ in cibo iuxta illud Joh. iiij. Me⁹ inquit cibus est ut faciam voluntatẽ ei⁹ qui misit me. Similiter ꝛ Paulus q̃ statim audita voce domini dixit ei sicut legitur Act. ix. Dñe qđ me vis facere: Ecce qꝫ libenter se offerebat obedientię paratus facere quicquid ille vellet ꝓcipere ac si diceret: Paratũ cor meũ de⁹ paratum cor meũ. Hũ ꝛbũ illud sic exponit alibi bẽus Bern⁹. O inqt verbũ breue ꝑ plenũ ꝛ vivum ꝛ efficax: Dñe qđ me vis facere qꝫ pauci reperiuntur in hac forma obedientię q̃ nõ qđ ipsi ꝛ quid dñus velit oi hora requirãt dicẽtes sine intermissione dñe qđ me vis facere. Ueu plures habem⁹ imitatores illi⁹ euangelici cę ci qꝫ apostoli quorum pusillanimitas ꝛ peruersitas erigitur ab eis oportet quęri quid vis ut facã tibi discernũt ꝛ eligunt in quibo obediãt imperãti imo in quib⁹ ꝓceptoꝝ suoꝝ obedire necesse sit cordã volũtati. hec Bern⁹. Econtra ꝙo dic Augꝰ in li. cõfessionũ. x. Optim⁹ dñe minister tu⁹ est q̃ nõ iuuet hoc audire a te qđ ipe

volu erit · sed potiꝰ ꝟ velle qđ a te audierit. Hinc etiam dicit Lucanus. Ꝙcquid iubeare velis. Ut enim dicit pbus Si iussꝰ pares seruus es · si volens liber Ut ut dicit Terẽtius comicꝰ. Nulla ẽ tã facil' res ḡn difficilis sit dũ facias inuitꝰ

¶ Secundus gradus ut dicit beatꝰ Bernũ. est obtẽperare simpliciter. Multos inquit videmus post ꝓcipientis imperium multas facere questiões · ut quare hoc preceptum sit · vnde hoc venit · cuius consilium hoc inuenit · inde murmuratio · inde frequens excusatio · impossibilitatis simulatio · amicoꝝ aduocatio: Nõ sic Abraã fecit · sed simpliciter obediuit · hec ille. Hinc ꝫ aplus ad Philip. ij. Omnia inquit facite sine murmuratione Ytaqꝫ verus obediens erga suum pceptorẽ se habere debet · ut omis vl iumentum · s · ut simpliciter eius voluntatem sequens vocatur ad eius libitum · sm illud ps. Ut iumentũ inquit factus sũ apud te · ꝫ ego semp tecũ. Hic ꝫ alibi dicit' ad dominũ: Deduxisti sicut oues populũ tuũ in manu Moysi ꝫ Aaron. ¶ Tertiꝰ inquit gradus est · obedire hilariter. Hilarem enim datorem diligit deus · nõ ex tristicia inquit aut ex necessitate. Ytaqꝫ serenitas in vultu · dulcedo in sermonibꝰ multũ colorant obedientiã obsequẽtis. Econtra vero nubilosa corporis cõpositio · ꝫ facies tristiciꝫ tenebras obfuscata · deuotionẽ vl hilaritatẽ ab aĩo recessisse significãt. Unde poeta. Super omnia vultus accessere boni · hec ille. Hinc et ps. Paratus sum ꝫ nõ sum turbatꝰ · ut custodiã mandata tua. Ytaqꝫ qui obediunt in tristicia similes sũt Simoni cyreneo qui crucem ferebat in angaria · sicut legitur Matth. xxvij. Talis erat obedientia dẽmoniũ · qui iubente domino coacti ac tristes exibant de corporibꝰ obsessoꝝ. Sed deo non placet dẽmoniaca obedientia · sicut nec canina patiẽtia} ¶ Quartus inquit gradus est obsecũdare velociter. Nam velociter currit sermo eius · et velocꝫ desiderat habere sequentẽ. Unũ Viam inquit mandatorum tuorum cucurri · cum dilatasti cor meum · hec ille. Hinc Petrꝰ ꝫ Andreas ad primo vocem continuo relictis retibus ꝫ naui secuti sunt saluatorem · ut legitur Matth. iiij. Idem ibidem habetur de Iacobo ꝫ Johanne · qꝫ scilicet secuti sunt eum statim relictibus retibus ꝫ patre. Ut enim dicit beatus Ambrosiꝰ. Nescit tarda molimina spiritussancti gra. Unũ beatꝰ Bernũ. vbi supra. Fidelis inquit obediẽs nescit moras · crastinum fugit · ꝓcipientem ꝓripit · parat oculos visui · aures auditui · linguam voci · manus operi · pedes itineri · totum se colligit ut voluntatem compleat imperantis. hec Bernũ. Et hoc est qđ dicit' Prouerb. xv. Mens iusti meditabitur obedientias. Exemplũ quoqꝫ de obedientie velocitate ponit Bernũ. de Zacheo · cui dictum est a domino · sicut legitur Luc. xix. Zachee festinãs descende · quia hodie in domo tua oportet me manere. Qui festinans descendit · et illum gaudens accepit. Hinc etiã dicit' Prouerb. xxij. Vidisti hominem velocem in opere suo coram regibus stabunt nec erit ante ignobiles. ¶ Quintus inquit gradꝰ est · adimplere viriliter · iuxta illud ps. Viriliter inquit agite ꝫ confortetur cor vestrum &c. Sic christus viriliter obediuit patri · ita ut pro obedientia non recusauerit mori. Maluit enĩ amittere vitam ꝙm obedientiam: Ideoqꝫ factꝰ est obediens vsqꝫ ad mortẽ · etiã ignominiosam. Unde ꝫ beatus Bernũ. viros ꝓfectos ac religiosos ibidem ad simile hortatur hoc modo. Non est inquit fortitudinis vl ad iobediẽtiã ire · vel ab obediẽtia abduci: Ytaqꝫ si tribulatio intonat si persecutio resultat · si maligni tuum iter impediant · tu obedientie viam nõ deseras · sed dicas: Paratus sum ꝫ non sum turbatus ut custodiam mandata tua.

¶ Sextꝰ inqt est obedire hũiliter videlicꝫ ne de fortitudine opis deficiãs · sed cũ oĩa

beneficerimus dicamus: Serui inutiles sumus qđ debuimus facere fecim⁹. Hoc precipitur a domino Luc.xvij. Cū inq̄t feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite ꝛc. Septimus inquit est obedire indesinenter. Incipere siquidem est multo⁹ ꝓseuerare pauco⁹ hec Bern̄. Hoc est qđ dicit apostolus j ad Cor. ix. Qui in stadio currunt omnes quidē currunt sed vnus accipit brauium. Sic ergo inquit currite scilicet perseueranter vt comprehendatis quia qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. vt legitur Matth.x. Hec de obedientia filiali que debet superioribus exhiberi.

De morali compositione. Cap XXXI

Circa de compositione morali quā debet obseruare q̄libet i seipso dicit beatus Bern̄. in supradicto sermone de apostolis Petro ⁊ Paulo. Ordinabiliter debes viuere ut in omni conuersatione tua vias tuas sollicitus sis obseruare ⁊ in conspectu dei ⁊ in conspectu proximi cautus ⁊ tibi a peccato ⁊ illi a scādalo hec Bern̄. Ut hanc ordinationem facit duplex disciplina scilicet interior ad seipsum ⁊ exterior ad proximum. Interior disciplina consistit in humilitate ac benignitate patientia ⁊ charitate ceteris q̄ virtutibus de quibus alias dictum est superius. Exterior autem cōsistit in decenti compositione membrorum. De quibus Hugo in li. de institutione nouitiorum. Disciplina inquit est membrorum omnium motus ordinat⁹ ⁊ dispositio decens in omni habitu ⁊ actione. Disciplina est compescens cupiditatis malorum desideriorū carcer frenum lasciuie elationis ingens vinculum iracundie que domat intemperantiam lenitatem ligat ⁊ omnes inordinatos motus mētis atq; illicitos appetit⁹ suffocat. Sicut enī de incōstantia mētis nascit inordinata motio corporis ita q̄s dum corpus per disciplinaz stringit animus ad constantiam solidatur. Et paulatim intrinsecus mens ad quietem componit cū per disciplinę custodiam mali motus eius fluere non sinuntur. Integritas ergo virtutis est quādo per interiā mentis custodiam ordinate regūtur mēbra corporis. Sed qui statū mentis perdit foris in inconstantiā motionis defluit. Vñ per Salomonē dicit: Hō apostata vir inutilis graditur ore perverso annuit oculis terit pede digito loquitur prauo corde machinat malum ⁊ in omni tempore iurgia seminat huic exemplo veniet perditio sua ꝛc. Liganda ergo sunt foris per disciplinā membra corporis vt intrinsecus solidetur status mētis. Omnium nanq; vitiorum mot⁹ disciplina coercet ⁊ q̄rum mala desideria foris coercendo comprimit tantū per cū bonum desiderium interius conualescat paulatimq; cadē virtutū forma per cōsuetudinem menti imprimitur que foris per disciplinam in habitu corporis cōseruatur hec Hugo. Ex quibus patet q⁹ restrictio siue compositio membrorum exteriorum non parum valet ad custodiam siue disciplinam interiorum. Plurimum quoq; valet ad scandali vel offense vitationem ⁊ ad proximorum ędificationē. Unde Aug. in regula clericorum. In incessu statu motu in omnib⁹ motibus vestris nihil fiat qđ cuiusq; offendat aspectum sed qđ vestram deceat sanctitatē. Ut autē dicit Hugo vbi supra. In quattuor precipue conseruanda est exterior disciplina videlicet in habitu in gestu in locutione in comestione hec Hugo. Habitus quidem nec nimis debet esse neglectus nec vltra modum curiosus sed status cuiuslibet persone cōgru⁹ ⁊ honestus. Vñ ut dicit Hugo de folieto in libro de claustro anime. ij. Diuersitas esse debet inter indumēta patrij ⁊ monasterij. Qui enim mollibus

ꝛestiũr in domibus regũz sunt. Denicꝫ molles inquit quærunt mollia-elati pre-ciosa-delicati speciosa-hec ille. Verũtñ audiant ut dicit Hugo de sancto Victore in li. de nouicioꝝ institutione-qui mollibus ac delicatis ꝛ curiosis ꝛestib⁹ induuntur-ꝙ ille diues qui in euãgelio purpura ꝛ bysso induitur-postea in tormentis inferni ꝛternaliter cruciandus sepelitur. Quid autem inquit in purpura nisi colo⁹ ꝛ pretium-ꝛ quid in bysso nisi mollicies reprehẽditur? Num ergo carni sue ꝛ in purpura decorem-ꝛ in bysso molliciem adhibuisse dicitur-proculdubio simul superbus ꝛ luxuriosus fuisse comprobatur. Non solum aũt obseruãdus est disciplinę mod⁹ in genere ꝛestis ꝛ colore-sed etiam in formatione siue factura ꝛ coaptatione. Nam sunt quidaꝝ stulti qui ꝛestimenta circa se componũt. Alij vero maiori scurrilitate ridiculose trãsuertunt. Alij autem ut pompã de se faciant explicant ea-ꝛ ꝙtum possunt latius distendũt. Alij ipsis corrugata in vnum colligunt. Alij cõtorquentes ꝛ cõplectentes inuoluũt. Alij conamine toto stringentes ꝛ findentes-ea omnia corporis sui liniamenta-inuerecũdissima q̃dam turpitudine aspiciẽtib⁹ numerãda exponunt. Alij iactando pãnos suos leuitatem suę mentis ex ipsa sui habitus mobilitate ostendãt. Alij vero incedentes sinuoso sirmate terram vertunt ꝛ limbis dependentibus-imo retro consequentibus caudis in similitudinem vulpium vestigia sua obducũt. Dest⁹ quoꝫ ser modis inuenit reprehensibilis. Mollis nanꝫ significat lasciuiam-dissolut⁹ negligentiam-tardus pigritiam-citatus inconstantiam-procax superbiam-turbidus iracundiaꝝ. Itaꝫ singula membra suum teneant officiũ neꝫ vsurpent alienum-ut scilicet id agat vnumqꝙꝫ membrum ad qđ factum est-ut neꝫ loquat manus-neꝫ os audiat-neꝫ oculus linguę officium assumat. Sunt enim quidam qui non buccis patẽtibus auscultare nesciunt-ꝛ quasi per os sensus influere debeat-palatum ad verba loquentis aperiũt. Alij qđꝫ adhuc peius est i agẽdo vel audiendo quasi canes sitientes linguam protendunt-ꝛ ad singulas actiones velut in ollam labia torquendo circũducunt. Alij loquentes digitum extendunt-supercilia erigũt-ꝛ oculos in orbẽ rotantes aut profunda quadam consideratione defigentes cuiusdam intrinsece magnificentię conatus ostendunt. Alij caput iactant-comam excutiunt-vestimenta adaptando componunt ꝛ latera-pedesꝫ extendendo-ridiculam satis ostentationis formam fingunt. Alij q̃si ambę aures ad audiendum facte nõ sint alteram tantũ collo detorto voci veniẽti opponunt. Alij typũ nescio quẽ figurantes-oculum intermidendu⁹-aliũ claudũt aliũ aperiũt. Alij maiori ridiculo cũ medietate oris loquuntur. Sunt preterea mille larue-mille subsannationes et corrugatiões nariũ-mille valgia ꝛ contortiones labiorum quę pulcritudinem facici ꝛ decorem disciplinę deformant. Alij nauigãt brachijs incedentes-ꝛ duplici quodam monstro vno eodemꝫ tempore pedibus deorsum in terra ambulant-ꝛ lacertis sursum in aere volunt. Dõ ꝛ quęso monstꝝ hoc-qđ simul in se fingit ꝛ hominis incessum ꝛ nauis remigium-ꝛ auis volatuꝝ? libet in hoc poetice illius subsãnationis elogio proclamare Humano capiti cervicẽ pictor equinã Jũgere si velis ꝛ varias inducere plumas ꝛc. Itaꝫ sic vnusquisꝫ i actu suo se dirigat ꝛ moueat-ut in nulla vnq̃ parte tẽperantie limitẽ aut formã honestatis excedat. Hoc est ut in paucis exẽplificem⁹ Videre sine apertiõe dentiũ-videre sine defictione oculoꝝ-loq̃ sine extẽsiõe manuũ ꝛ itẽratiõe digitoꝝ-sine ꝓtentiõe labioꝝ-sine extẽsiõe ꝛ iactatiõe capitis-sine elevatiõe supercilioꝝ-Incedẽ sine modulatiõe gressuũ-sine vẽtilatiõe brachioꝝ

sine gesticulatione scapularum. Sedere sine diuaricatione cruriū sine alterius superiectione pedum sine extensione vel agitatione tibiarum sine alterna accubitatione laterum iacere sine disiunctione membrorum. Ut ut tandē de hac parte finem loquendi faciamus gestus hominis in omni actu esse debet gratiosus sine mollitie quietus sine dissolutione grauis sine tarditate alacer sine inēptitudine maturus sine proteruia ꝛ seuer⁹ sine turbulentia. Mollem enim gestum temperat turbidus procacez dissolutus citatum tardus quoniā inter vitia contraria limes medius est virtus. Porro in locutione res quinq̄ sunt considerandę. hoc est quid dicatur ꝛ cui. ꝛ quādo ꝛ vbi ꝛ quō. Quid videlicet vt nunq̄ i sermonibus disciplinatis adhibeāt ocio sa id est inutilia vel inhonesta vel nociua. Inutilia sunt quę nec loquentibus nec audiētibus prosunt. Inhonesta sūt quę illius qui loquitur vel illius de quo loquitur dignitati non conueniunt. Nociua vero sunt q̄ aios auditoꝛ vel ad errorem vel ad prauitatem inducūt. Hęc tria discerni possunt ſm qualitatem rerum ac personarum. Qualitas personarum quattuor modis consideratur videlicet ſm ętatem ſcīm scientiam ſm officiū ſm ordinē. Aliud enim cōuenit locutionibus senum aliud iuuenum ꝛ ita de aliis. Senes quippe loqui debent de discretione bene cōsulendi. Iuuenes de instātia benefaciendi. Sapientes de mysterijs scripturarū. Simplices de exemplis bonoꝝ operum. Hi qui exteriora tractant negocia de sollertia acquirēdi. Hi qui quietam vitā ducūt de disciplina viuendi. Prelati de ḡuisione subditorū. Subiecti de obedientia preceptorum. Ęterum velle docere sapientes est superbia ꝛ corripere obstinatos insipientia. Venię in mensa siue in comestione duplex est custodia disciplinę. scilicet in habitu ꝛ in cibo. In habitu triplex. scz tacendi respiciendi sese continendi. Taciturnitas siquidem inter epulas est necessaria quia lingua quę omni tempore prona ad peccatū labitur periculosius tamen cum per crapulam inflammata fuerit ad loquendum relaxatur. Custodia etiam oculorum quia non decet ibi precipue ut imprudēter ea quę apud alios agantur circumlustrando prospiciat sed ut potius pudice demissis luminib⁹ ea tantū quę sibi apposita sunt attendat. Custodia quoq̄ continendi sese ibi negligenda nō est quatinus videlicet neq̄ in habitu neq̄ in gestu indecens aliqd aut inhonestum agatur. Sicut quidam faciunt qui cum ad edendum assederint inquieta quadam agitatione ꝛ confusione membrorum intemperantiam animi sui designant. Caput excutiunt brachia exercent manus in altum expandunt et non sine magna turpitudine quasi totā epulam absorpturi sint quoddā ingentes conatus indecoros gestus ostendūt. In vno loco sedentes oculis ꝛ manibus quę propo quę lōge omnia circumcurrūt simul panes comminuunt. Vinum in calices ꝛ pateras effundūt. Discos in gyrum circumducūt ꝛ velut rex super obsessam ciuitatem assultum facturus dubitant vbi primū expugnationem aggredi antur dum simul in omni parte irruptionem facere concupiscunt. His ergo tribus modis debet quisq̄ inter epulas conseruare disciplinam in semetipso videlicet ut et linguam suam a loquacitate restringat ꝛ oculos suos a circumspectione cohibeat ut ꝛ cętera membra omnia cū modestia ꝛ quiete contineat. In cibo quoq̄ sumendo modum conuenit obseruare videlicet ut munde sumātur ꝛ temperate. Quidam enim inter comedendum dum scutellas exonerare volunt quadrata ferculoꝝ frusta adipem siue sagimen sup rotata distillāta mēsalibꝰ inuoluūt aut supinicūt donec iteꝝ euisceratis interioribꝰ ea q̄ remāserāt in pīsinū

locũ reponunt. Alij vero bibentes digitos mediotenus poculis imergunt. Alij manus vnctas ad vestimẽta scilicet detergentes rursus ad cibaria tractãdo redeunt. Alij nudis articulis vice cochlearis olera sua piscantur: ita ut in eodem iure ꝛ manus ablutionem ꝛ ventris refectionem quærere videãtur. Alij semicorrosas crustas ꝛ pręmorsas collyridas cibarijs gustando infigunt. ꝛ reliquias dẽtium suorum offas facturi in poculis demergunt. Humendus est etiam temperate id est tractim ꝛ non cum nimia festinatione nec contra honestatem nec supra necessitatẽ. Cui minus sufficit iste ꝓpter ad turpitudinem edacitatis perueniat in superfluitatem offẽdit. Cui multũ opus est in eo sępe honestas comedendi lędit tur etiam ꝓpter ad superfluitatem veniatur. Ergo ille cui paruꝫ satis est magis superfluitatem caueat. Illi vero cui multũ opus est magis ad honestatẽ attendat hęc Hugo. Multa quoq; alia de moderatione gestuum ac regimine actuum ꝛ cęteris ad honestatem vitę pertinentibus superius per diuersos libros ac per diuersa singulorũ librorum capitula posuimus. Vt enim dicit Tullius in tusculanario libro .iij. Amplissima omnium est bene viuẽdi disciplina quã vita magis q̃ litteris quidam persecuti sũt Et ut dicit Ouidius in libro de arte .iij. Magnum opus est mores composuisse bonos.

De vita sociali ꝛ eligenda societate.

Cap XXXII

Iterum de vita sociali dicit beatus Bernardus in sermone supradicto. Socialiter debes viuere vt amari studeas ꝛ amare. Blandũ te ꝛ affabilẽ exhibere nec solũ patienter sed etiam libenter infirmitates fratrum siue sociorũ tam morum q̃ corporum ꝙ supportare hęc Bernardus. Et reuera vita socialis etiam pueris multũ expedit si tamẽ societas bona sit. Nam vt dicit Tulli⁹ in li. de amicitia. Nunq̃ nisi inter bonos esse potest vera societas vel amicicia. Vt autem viuat socialiter cõcordat etiam natura qm̃ ut idẽ ibidẽ dicit. Natura nihil solitariuꝫ amat nec aliq̃d appetentius est sui similiũ atq; rapati⁹ q̃ natura. Apostol⁹ quoq; quosdam inter criminosos numerat eo ꝙ essent sine affectione ꝛ absq; fędere scilicet sociali ad Romanos ꝓ. Ideo dicit etiã Epicurus: Ante circũspiciendum est cũ ꝙbus edas ꝛ bibas q̃ quid edas vel bibas. Nam sine amico vel socio visceratio leonis ac lupi vita est. Est etiam ipsa societas naturaliter iocunda ꝛ grata: iuxta illud Senece ad Lucilium. Nullius inquit boni possessio iocunda est sine socio. Vt autem dicit Tullius in libro de officijs .j. In quibus eadem studia voluntatesq; sunt eadem. In his fit ut alter altero ęque delectetur ut scipsoq; fiat vnus ex pluribus. Denicq; non solum in domo vel in mensa societas est iocunda ꝫ etiã in via: Iuxta illud Macrobij in libro saturnalium. Comes incẽt facundus in via pro vehiculo est nec solum est iocunda sed etiã vtilis ad multa Vnde dicitur Ecclesiastes .iij. Melius est duos esse q̃ vnum habent enim emolimentum societatis suę. De inde subiũgit triplex emolimentum ꝙ ex societate prouenit videlicet in casu fulcimentum in pace vel quiete solatium vel fomentũ in persecutione adiumentũ. Hoc est enim qđ dicit: Si vnum ceciderit id est ad casum corporalem vel spiritualem tituba uerit ab altero fulcitur scilicet consilio vel auxilio vl̃ solatio. Huĩ illud .j. Thes sal. v. Consolamini pusillanimes suscipite infirmos patiẽtes estote ad omnes. Et ad Galathas .vj. Alter alterius onera portate ꝛ sic adimplebitis legem christi. Et alibi; Cũ patientia supportantes

inuicem ꝛc. Econtra vero de solitario. id est societate vestituto subiungit Salomon. Ve soli quia cū ceciderit nō habet sublevantem id est ipsum a casu erigentem. Vñ illud ad Heb. xij. Remissas manus ⁊ soluta genua erigite scilicet ad inuicem ⁊ gressus rectos facite pedibus vestris ut non claudicans quis erret magis aūt sanet. Postea de secūdo emolimēto subdit Salomon. Et si dormierint duo id est in pace ⁊ quiete pariter vixerint fouebuntur mutuo id est mutuis exemplis videlicꝫ bonum faciēdi ⁊ malum fugiendi. De primo dicit Seneca Lucilio. Cum bis versare qui te meliorem facturi sunt ⁊ illos admitte ꝙs tu potes meliores facere. Vnde ⁊ Terentius in adelphis. Vitas inquit aliorum iubeo tanqꝫ in speculo inspicere ⁊ ex alijs exemplum sibimet sumere. Dicit etiā Quintilianus in libro .viij. de oratoria institutione. Hō prudentis est quod in quocunqꝫ optimum est si possit suum facere. De secundo scilicet exemplo malum fugiendi patet qđ vnius increpatio vel flagellatio terrorem incutit alteri: Iuxta illud Proverb. xxj. Multato pestilente sapientior erit parvul⁹. Vñ in proverbijs sapitum dicitur. Ut ex alterius vitio sapiens emendat suum. Vnde ⁊ Ouidius de arte libro .ij. Discite ab alterius vestris timuisse ꝙrelis. Et Tibullius. Dolore alterius didicit posse carere suū. Et Cato vbi supra. Quę fugias vita est nobis aliena magistra. Tandem vero de tertio emolimento adiungit Salomon. Et si quispiam scilicet homo vel diabol⁹ prevaluerit contra vnū duo resistent ei scilicet inuicem adiuuantes ⁊ consolantes ac simul pro inuicem intercedentes aut orantes. Vt enī legitur Proverb. xviij. Frater qui adiuuatur a fratre ē ꝙsi ciuitas firma. Post illa vero tria emolimenta expressa subiungitur qꝫ funiculus triplex difficile rūpitur. Et appellat triplex funiculus methaphonice predictum triplex emolimētum qđ consequitur quis ex competenti societate. Vel etiā triplicem funiculum vocat Salomon societatem trium ac si dicat: Si tam multiplex habent emolumentum societatis luꝫ duo conuiuentes multomagis tres aut plures. Bonorum nanqꝫ pluralitas sociorum producit qđ optimum est multitudinem exemplorum ideo ad proficiendum in bono est vtilis. Iuxta illud Catonis. Multorum disce exemplo quę facta sequaris. Nec solum aliquando expedit puero meliores habere socios in moribus vel scientia quos sequatur sed etiam minus provectos quos magis ac magis precedere nitatur iuxta illud Ouidij in libro de arte .ij. Nunc bene fortis equus reserato carcere currit cū quos preterat quosqꝫ sequatur habet. Nota in eligendo socio vel societate necessaria est prudentia ⁊ in seruando concordia ⁊ in perseuerando pstantia. Prudentia quidem vt eligatur fidelis ⁊ moribus habilis vel amabilis ⁊ exercitio vel studijs equalis. De primo id est de fidelitate oportet quod sit fidelis ⁊ in verbo ⁊ in commisso. In verbo ne sit mendax quia omnibus recte sapientibus odiosa est mendacitas. Vnde dicit Eccl. xx. Melior est fur qui assiduitas viri mēdacis. In commisso vero duplici consilij scilicet ⁊ rei. Cōsilij ut non revelet rei ut non defraudet. De primo dicitur Prover. xj. Qui ambulat fraudulēter revelat arcana qui aūt fidelis est celat animi cōmissum. De secundo dicit Tullius i libro de officijs .iij. Societatis arctissimum vinculum est arbitrari magna contra naturā esse hominem alicui homini detrahere cōmodi sui causa qui oīa subire incōmoda. De fidei societate ponit Valer⁹ li. iij. exēplū laudabile. Damon ⁊ Pythias Pythagore discipuli fidelē inē se iunxerūt amicitiam vt cū

commutando quę infligitur in purgatorio. Nec dicitur propie pęna · id est punitio: sed purgatio · sicut cauterium qđ ad purgationē sit post infirmitatē. Hoc autem extremū vinculū · s · pęnę purgatorię obligationē soluit minister · id est sacerdos · sed sub conditione · s · cōmutans eam in pęnitentiā temporalē. Qđ ergo mia⁹ soluit pęnitens ante mortem oportet vt soluat postmodū ad purgationez Nam ipsa pęna ꝑsens a sacerdote pęnitentib⁹ iniūcta quę dicitur satisfactio non est ꝓprie punitio ñ purgatio. Itaqꝫ de purgatione venialiū in purgatorio dicit Greg⁹ in dial · li · iiij · De quibusdā leuibus culpis credendus est ante iudicium esse purgatorius ignis · pro eo qꝫ veritas dicit: Siquis in spiritū sanctū blasphemiaz dixerit · non remittet ei nec in hoc seculo nec in futuro. Hac cñi sñia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo quasdam in futuro laxari · hęc Greg⁹ De pęnitentib⁹ vo qui non explent satisfactionē in hac vita · dicit Ambrosius in · li · de vnica pęnitentia. Iacobus inuenias qui seruauerit innocentiā qꝫ q congruam egerint pęnitentiam. Et quo patet qꝫ pauci pęnitentes in obitu euolant ita · s · vt per purgatoriū non transeant. Ut enim purgatorium sit: potest etiam astrui ratione sic: Quidā hic oīno purgantur · i bi euolant statim vt moriunt. Alij vo nec purgantur hic nec etiā purgari incipiunt · i bi cuz moriunt in infernū descendunt. Quidam autez hic purgari incipiunt sed non purgantur oīno ꝓpter vitę defectum: necesse est igitur vt eant in locum mediū vbi suppleatur qđ hic inceptum est sed imperfectū. In morte igitur hominis deo permittente diabolus cum igne ac tortoribꝫ suis paratꝰ est · i in anima purgat siquid in ea purgandum est. Ut enim illa pęna per diaboli ministerium infligatur · pater ex verbis beati Bernardi sicut inferius dicetur. Hoc tamē diabol⁹ facit nō itentiōe purgandi sed potius lędendi. Fm motum sunum atqꝫ nocendi. Si autem nihil est in moriēte purgandū · vt i beato Martino qui dixit diabolo: Nihil in me funeste reperies · ipsa euasio ignis declarat bonitatez sui operis. Sicut econtra ignis ille in eis quos torquet fuisse declarat aliqđ sordis. Et hoc est qđ dicitur ab apło · j · Cor · iij · Dies enī dñi declarabit · s · opꝰ vniuscuiusqꝫ qle sit. Vocat enī die dñi tempus ab hora mortis vsqꝫ ad diem iudicij. Nam vita ꝑsens dies bois dicit in q̄ · s · arbitrio suo relinquit · vt qđ vult vel bonū vel malum operetur. Vnde dicitur a dño Luc · xix · Et quidem in hac die tua quę ad pacem tibi · sed et hora mortis incipit in eo esse dies dñi fm merita ipsum iudicantis. In igne inquit reuelabit · s · quid homo fecerit · i vniuscuiusqꝫ opus quale sit ignis ꝓbabit · si cuius opus arserit · id est igni cedere inuentum fuerit · detrimentū patietur · sez minorie glorię · sicut glo · dicit: et hoc vel qz non statim euolabit · vel qz nō oē opꝰ ei⁹ ad gliaz erit Et fm ħ intelligit eē glorie minorie · i · tardiorie vel remissiorie. Ipse tñ salu⁹ erit · s · merito fundamēti cui nihil ꝓpositum Vel sic ꝑt intelligi detrimētū patiet dñi ei pęna infliget · qz pęna ipsa est naturę ꝑna · sic tñ q̄si p ignē · qz · s · rem ferēs cremabilē · euadet post ignē purgationē. Et dic ibi glo · Greg · Dicendū est sollicite qđ p ignē fiet purgatio · si asserit apło saluari posse · nō eos q̄ sup hoc fundamētū ędificāt ferrū aut es aut plūbum · i · pctā maiora i uariora · i iō insolubilia · ħ eos q̄ ędificāt lignū fenū stipulā · id ē · peccata miora i leuissima q̄ ignis facile ꝓsumit. De qbꝫ tñ ls minus nihil illic purgationis obtinebit nisi qui hoc vita promeruit · hęc Glo. De ħ etiā dicit Aug⁹ sup psalmū · xxxvij · Dñe inquit ne in ira tua corripias me · sed in hac vita purges me · meqꝫ purgatuz reddas talem cui iam cñ̄ datorio igne non sit opus ꝓpter illos qui saluī erūt · sic tamē q̄si per ignem. Non eo qꝫ saluī esse debēt ignis ille contemnit. Grauior tamen est

ꝯ quicquid homo ī hac vita pati potest hec Aug⁹. Pro varietate tamen purgandoꝝ quidam grauius ꝙ quidā mitius sentiunt ignem illū· sicut etiam dicit Greg⁹· in dial· de igne gehēnali· q̄ vnus quidem est· sed non oēs vno modo cruciat peccatores. Mazvnusquisq; ꝯ tū exigit culpa· tantum sentitur in pena.

Agit autem in animam ignis vlo dupliciter. Uno saliꝝ modo per instrumentum eius· sicut dicit Greg⁹· q̄ in corpi ardent q̄ se ardentes vident. Alio modo per adherentiā· Adhērēt enī aīe non ita vt ex igne ꝙ anima fiat nec sicut ex corpore ꝙ anima vnū efficiatur· sed natā remanente diuersā ꝙ diuisa vnū alteri miro ꝙ singulari modo coniūgitur. Et continet ignis ille totum spiritū vndiq; volentem· sicut ignis materialis totuꝫ ferꝝ vndiq; candens. Unde Greg⁹· Si anima inquit teneri potest a corpore· cur nō puniri possit ꝙ a corpore? Sed fortassis obijcet aliquis q̄ omnis actio fit per cōtactuꝫ· ꝙ non est contactus simplicis ad compositum. Sumlit'cū oīa passio sit p contrarietatē· nulla contrarietas est spiritualiū dispositionū ad rem corpalem. vnde nec ignis corporeus videtur in animaꝫ agere· nec ab ipso anima pati posse Cui non rūdemus· q̄ anima quadē agit in corpus· non per contactuꝫ sed per colligantiā quā habent in alterutrū· qua ꝙ corpus ab anima mouet aut vegetatur ꝙ anima etiam a corpore patitur· sm illū Sap· ix· Corpus qđ corrumpit aggranat animaꝫ· ꝙ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē· Sic ꝙ ignis purgatorius quandā habet colligantiā ad aīaꝫ sm quā anima patitur ab ipso· quā non habet ignis ille terren⁹ q̄ quarto deputatur elemēto. Ad hoc enī creatus est ignis ille specialiē qui est in purgatorio vt aīas purget cruciando. Est etiam contrarietas quedam inter ignem illum ꝙ peccatricē animā· in quantū in ea sunt reliquie peccatoꝝ quas apls vocat lignū fenū stipulam. Dis enim creatura quandā compositionē habet cum peccato· cuius non est simul in natā· vnde ratione illius oppositiōis pugnabit totus orbis contra insensatos· vt legit Sap· v· Ipsaq; peccata sunt matā illi⁹ ignis inuisibilis· sicut rubigo ferri vel argenti matā sit ignis hui⁹ visibilis. Unde peccati rubigine ꝛsumpta· id ē· peccati macula· cessat ignis ab aīa· sm illud Pro xxv· Aufer rubiginem de argento ꝙ egredietur vas purissimū. **Dicit non** iō pena illa purgatoria ignis vocabulo appellatur quia solo ignis elemēto illic animę cruciant· sed ignis nomine sm Aug· pena quelibet grauissima designatur· eo q̄ ab igne ꝓpter vim eius actiuaꝫ cuncta etiam elemēta patiunt. Uū certum est etiam ex dictis sanctoꝝ in pena gehennali ad reprobotum afflictionem oīa elemēta cōcurrere· ꝙ nibelomin⁹ ad sanctoꝝ glorificationē imutata cozū q̄litate· sm illud Sap· x vi· Creatura tibi factori deseruiens exācdescit in tormētū aduersus iniustos· ꝙ leuior fit ad būficandum pro bis qui in te confidūt. Ue pena quoq; purgatoria dicit btūs Bernardus in sermone de negociatione sctā. Est regio quedam expiatiōis· vbi· s· aīe cozpibꝰ crute cruciant' ad temp⁹ vel calore ignis vel rigore frigoris vel alic⁹ granitate doloris. Ubi puto pī filios glificādos in manu temptatoꝝ relinq̄t· nō ad occasionē sed ad purgationē· hec ille Et quibus verbis notat· ꝙ in purgatorio demones aīas cruciant· ꝙ ibidem aīe non in igne solo sed varijs supplicioꝝ generibꝰ affligant' Etiaꝫ vt dic Hugo vnde sup: Poterat de⁹ ꝙ sine materialibus elementis aīas cruciandis sensuꝫ doloris dare· ꝑ dignū est vt in eis punīatur in quibꝰ peccauere. **Illos etiam** equos super quos aliqn̄ do defunctoꝝ animę sunt damnate sunt in pena purgatoria constitute videntur equitare· dicit Helinandus esse demones in equos

transformantes se quorum sessores sunt animę miserę peccatis onerate tanq̃ armis quibusdam et clypeis onuste · sed reuera ꝓpꝛ̃ sed cribo in formis talibus onustate iuxta illd ꝓphetic̃ : Descẽdũt in infernũ cum armis suis id est cũ mẽbris suis quę fecerunt arma iniq̃tat̃ peccata nolentes ea facere arma iustic̃ dei Certum est inquit equũ esse aiaꝫ supbũ ⁊ contumacẽ cõtentionis · ⁊ belli cupidũ feruentem ad coitum ⁊ in libidine ꝓpotentem. Dęmones igitur in equos trãsformati signãt sessores suos se hmõi sceleribus oblectasse. Talis equus erat ille quẽ monstrauit carbonarius comiti mu nerẽsi. Erat enĩ carbonar⁹ iste vir pau per in seculo sed diues in deo religiosus ⁊ timens deũ ob quod etiam familiaris erat pręfato comiti. Die dum nocte q̃ dam vigilaret ⁊ custodiret fossam suam carbonificã acriter incensam : Ecce quę dam fęmina nuda currens apparuit et post eam eques quidam equo nigro in sidens euaginato gladio velociter equi tans vt fugientem apprehẽderet mulierẽ Quę dum fugiens fossam circũiret com prehẽsa ẽ ab eo ⁊ perfossa gladio · ⁊ stati quasi mortua cecidit · quã ille in ignẽ pi ecit ⁊ exustaꝫ rursum extraxit ⁊ ãte se su per equũ posuit ⁊ abijt . Hęc autẽ visio pluribus noctibus sibi ostensa est. Quꝫ ergo die quadam de hac re tam frequẽ ti nimis anxi⁹ cogitaret · sic cogitabũd⁹ ⁊ tristis comiti obuiauit · Miratus co mes secreto causam tristitię requisiuit · Ait ille: hęc ⁊ hęc totiens vidi ⁊ vtinam vidisletis. Certe inquit comes ego tecũ vadam · ⁊ videbo visionẽ hanc magnaꝫ Igitur comes confessus oĩa peccata sua mutauit habitum ⁊ assumit secum car bonariũ · abijtq̃ cuꝫ eo solus in siluam. Et cum vigilaret circa mediam noctem audiuit quędã buccinantẽ fortiter · ⁊ si gnauit se per totuꝫ · ⁊ ecce misera mulier illa accurrens nuda sicut prius cepit fos sam fugiens circũire · quã eques ille inse quẽs ⁊ comprehẽdens gladio peremit · ⁊ in ignem proiecit ⁊ iterum resumpsit · q̃ super equũ ante se posita cum fugere vel let · comes adiurauit eum in nõe dñi vt staret ⁊ diceret ei quis esset · ⁊ cur hoc face ret · Cũ ille subsistens ait: Ego sum ve ster ille miles · ⁊ hęc est illa nobilis mulier vxor illius militis quẽ pro amore meo interfecit vt licentius ⁊ frequentius meo concubitu frueretur. Et in hoc peccato ambo mortui sum⁹ · nisi q̃ tm̃ sero in ip sa morte pœnituim⁹ . Nunc autem tale tormẽtum patitur q̃ singulis noctibus a me interficitur ⁊ comburitur · tantũ cni dolorem patitur in ictu gladij quo eam ferio · q̃tuꝫ null⁹ vnq̃ in morte sua pas sus est · ⁊ multo maiorẽ in combustione. Ad hęc comes: Quis est equus ille sup quem sedes · diabolus inquit quidam ẽ qui me ineffabili veratiõe torquet · Pos set ne vobis ait aliquis succurrere: posset inquit si vos facere tis in cunctis congre gationibꝫ quę vobis subiecte sunt orari pro nobis ⁊ a presbyteris celebrari mis sas ⁊ a clericis decantari. Talis etiam erat equus super quem ascendit infę lix ille masticonẽsis · de quo refert Pe trus abbas cluniacensis in li miraculo rum · q̃ cum quadam die solenni masticonein ꝓpio palatio resideret · multi mi litibus diuersi ordinis constipatus · repẽ te ignotus homo equo insidens per osti um palatij ingressus cunctis videntibus ⁊ mirantibus vsq̃ ad ipsum peruenit di cens se velle colloqui ei · impansve surge ret ⁊ sequeret. Qui inuisibili potẽtię nõ valens resistere surrexit ⁊ vsq̃ ad ostiuꝫ domus processit vbi equũ paratum inue nit quem iussus statim ascendit · cui⁹ ha benas ille accipiens qui ꝓpter illum ve nerat velocissimo cursu per aerem cunctis videntibus ferre cepit. Ille autem mise rabilit̃ damãs · succurrite ciues succurri te: totã ciuitatẽ cõmouit. Dies ãt cũ cur rẽtem p aera pspexit q̃diu natali oclo rũ acie potuit · sicq̃ tãdẽ sbtract̃ visibi

bosiam factus est eterm⁹ sonus demonū

De hoc quoq; mihi certissimus referebat exemplū patruus meus Alebandus Henrici quōdā remensis archiepiscopi cubicularius. Dūs inquit me⁹ archiepiscopus mittebat me apud acrebatum. Dum autem circa meridiem apud quōdam nem⁹ appropinq̄ssem⁹ ego & famulus meus qui me ꝓcedebat celerius equitans vt mihi ꝓparet hospitiū audiuit ille tumultū magnū in nemore q̄si multiplices & varios equoꝝ fremit⁹ armorum sonitus & velut voces multitudinis impetu pugnāciū in bellum. Expauefactus ergo ipse & equus eius cōtinuo regressus est ad me a quo cū quererē q̄re reuerteret. Rñdit: Equ⁹ nec fuste nec calcaribus cogi potest vt proceda. Ego etiam ipse territ⁹ sum vt oīno ꝓcedē nō audeam mira enī vidi & audiui. Mem⁹ istud defunctoꝝ aiabus & dāmōibus plenū est. Audiui aūt illos clamare & dicere: Ite ite iam habem⁹ ꝓpositū d̄ Arca in primo habebim⁹ archiepiscopū remēsem. Ad q̄s ego rūdi signū crucis nostr̄ frontibus imp̄mam⁹ & securi ꝓcedamus Cū ergo ꝓcessissem & ad nemus ꝓcessissem iam vmbre ꝓcesserant & tamen voces quasdā confusas audiui & fragores armorum & equoꝝ fremit⁹ sed nec vmbras videre nec voces intelligere potui. Cum autem redissem⁹ iam archiepiscopum inuenim⁹ in extremis nec post has voces diebus q̄ndecim supervixit. Vnde cōiectat cum ab illis spiritib⁹ raptū a quibus auditum fuerat rapiendū hec Helinandus.

De suffragijs ecclesie que impenduntur mortuis. Cap. IX

Sillis aūt solis aiabus d quę sūt in purgatorio certū habet ecclia q̄ eis ꝓsint viuentiꝫ suffragia. Nam de illis qui iam beata requie fruunt certum est q̄ nō indigēt nostris subuentionib⁹ q̄ppotius eoꝝ nos suffragijs indigem⁹. Vnde Aug⁹ d̄ verbis apli super epl̄am ad Hebrēos. Iniuria est inquit in ecclia pro martyre orare cuius nos vtem⁹ oīonib⁹ cōmēdare De damnatis vero duplex est opinio et vtraq; iniuria Aug. verb̄ i enchiridion dicentis: Non est negandū aias defunctorum pietate viuentiū reuelari cum p illius in ecclia vel elemosynę fiunt vel sacrificium offertur mediatori. Sed ꝑ illis tm̄modo prosunt qui cum hic viuerent vt hec sibi postea ꝓdesse possent meruerunt. Est enī quid& viuendi modus nec tam bonus vt non requirat ista p⁹ mortem nec tam malus vt ei nō prosint ista post mortē. Est aūt i bono talis vt ista nō requirat & est rursus i malo talis vt nec his cum hec vita transierit adiuuari valeat. Quo circa meritū oē compat in vita ꝓsenti quo post illam possit quispiam gravari vel relevari. Dic enī saluatur et illa sententia apli: Dēs inquit astabim⁹ ante tribunal Xpi vt referat vn⁹q; ꝙsq; ꝓm ea que per corpus gessit bona vel mala. Siquidē hoc etiam sibi meritus ꝙsq; compauit dum viueret in corpore vt ei possent ista ꝓdesse. Cum ergo sacrificia vel altaria vel elemosynarū quarūcūq; pro valde bonis offerant sunt gratiarū actiones pro nō valde malis ꝓpitiationes. Si autem pro valde malis etiam si nulla sint adiuuamēta mortuoꝝ sūt tamen qualescūq; ꝓsolationes viuoꝝ quibus ꝑo prosunt vel ad hoc ꝓsūt vt sit plena remissio vel certe vt tolerabiliot sit ipsa dānatio hec Aug⁹. Idem de verb apli. Oīonibo inquit ecclesię sanctę atq; sacrificio salutari elemosynis quę p illis offerunt non est dubiū mortuos adiuuari: vt cum eis a dño mīcordius agatur q̄ eorum peccata meruerūt. Hoc nā patribus traditum tota obseruat ecclesia vt pro his qui i cōione sacri corporis & sanguinis defuncti sunt cuꝝ ad ipsum sacrificiū loco suo cōmemorant oretur ac pro illis etiam id offerri cōmemoret. Nec tñ mortuis nona merita compat

cum sui pro eis aliquid boni operantur sed eoꝝ ꝓcedentibꝫ ista consequẽtia reddunt̃ur·nam istam quisq; vitam finiens habere post eaꝝ non poterit nisi qđ in ea meruerit·hec Aug⁹·Ut quibus patet q̃bus ꝛ qualiter ꝓsunt illa quę pro defunctis frequentat ecclesia·nam mediocrit̃ malis suffragant̃ ad pęnę mitigationẽ mediocriter bonis ad plenaꝝ absolutionem·Quia ꝝo dictũ est vt tolerabilior sit ipsa damnatio·Ut sup illud·q̃·Cor v·Dẽs astabũ⁹ ante tribunal christi ꝛc dicit Aug⁹·q; eccl̃a orat pro baptizat̃ oĩbus. Dicunt quidã q; ecclesię suffragia ꝓsunt etiam damnat̃ fidelibus·ꝛ bi valde malos quibus non ꝓsunt dicunt illos qui fidem nõ habuerũt·mediocrit̃ aũt malos vocant fideles damnatos q̃ licꝝ non meruerint aliquã relaxationeꝝ simplicit̃·meruerũt tñ illaꝝ vt dicũt si ꝓ eis ab ecclesia fieret. Itaq; dicunt eis ꝓdesse ad mitigationẽ pęnę·non tamẽ oĩ modam sed vltra terminũ a deo constitutum illam mitigari nõ posse. Dixit tñ ꝓpositiu⁹ q; tota pęna infernalis posset per ista suspendi vsq; ad diem iudicij. Dicunt etiam illis ꝓdesse per modũ sustentationis·quia fideles damnati etiaꝝ si per hoc illorum pęna nõ minuat̃·tamẽ per hoc ad sustinẽdum pęnam fortiores efficiunt̃. Sicut ille qui oꝑatur in ergastulo cum ei datur aliquid ad comedendum vel bibẽdũ per hoc recreatus fortior efficitur ad onus laboris sustinendum Mediocriter autẽ bonos vocant illos qui sunt in purgatorio q̃bus ꝓdest simpliciter ecclesię suffragatio. Scõm illũ etiam potest dici corpus christi esse triforme tñ ꝛ non quadriforme. Nã fideles damnati sunt etiaꝝ membra mortua ꝛ ꝓscisa·ideoq; non sunt pars corporis mystici. Quia tamen aliquãdo fuerũt pars illius·valent eis suffragia corporis hmõi·s. ecclesię·non ad vinificationẽ sed ad pęnę mitigationeꝝ. Itaq; pars corporis christi est in celo·pars in purgatorio·ꝛ pars in mundo. Dicunt autẽ qui dam q; illud qđ tollitur per suffragia de pęna inferni inꝑportionabile ẽ residuo: ideoq; nunq̃ potest tota minui vel tolli Alij ꝝo concedunt vt dictum est q; potest ad tempus tolli·s·vsq; ad diem iudicij. Alij quoq; dicunt q; tanta tollit̃ in ꝓportione·non tanta in quãtitate·sicq; semper necesse est aliq̃d remanere. Sciẽdũ tñ q; pęna eoꝝ substãtial·id est·vermis conscientię non potest minui sed accidentalis·s·exterior ad temp⁹ fm illos suspendi potest vel minui. Hęc aũt opinio non est contra fidem licet videat̃ eẽ contra veritatẽ. Nam si ꝑ dessent ecclesię suffragia damnat̃ ad pęnę mitigationeꝝ multo maior glorificat̃ qui sũt mẽbra vina eiusdem corpis ad ipsius glorię intentionẽ. Dicit ergo Aug⁹ q; membro prorsus mortuo non põt a capite ꝓpinari sensus·dicit etiã q; mẽbra ꝓscisum nõ sequit̃ spũs. Ita cũ illi sint mẽbra penit⁹ mortua·videtur q; nec sensus nec cibus nec ecclesię opa vitalia possint eis prodesse. Preterea dicit idẽ Aug⁹ in·li·de ꝝbis dñi·Qui sine fide ꝑ dilectionẽ opante ꝛ eius sacramẽti de corpe exierũt·frustra illa a suis impendunt̃ officia pietatis·cui⁹ dũ ꝑ essent pignere caruerũt·non sibi thesauriçantes mĩaꝝ sed iram. Ad idem facit qđ idẽ in·li·xxi·de ciui·dei dicit. Causa q̃ fit vt nunc ecclesia non orat pro malis angelis eadẽ est causa qua fiet vt in extremo iudicio q̃ibus ꝑfecta charitate non oret pro boĩb⁹ eterno igne cruciandis. Nũc aũt ꝓpterea ꝓ eis orat quos in genere bũano habet inimicos·quia tempus est pęnitentię fructuosę. Nam si de aliquibꝫ certum esset q; ꝑdestinati essent in ignem eternũ ire cum diabolo·tam pro eis non oraret ecclesia q̃s nec pro ipso·hec Aug⁹·¶ Igitur alia est opinio ꝓbabilior·eorum·s·q; dicunt ecclesię suffragia nullis ꝓdesse dãnatis. Et hi vocant valde malos omnes dãnatos·mediocriter autem malos dicunt illos qui in nõ implera pęnitentia sibi adiuncta pro mortalibus quę

cõmiserũt · vel cũ grossis venialibꝫ i charitate decedũt. Talibꝫ enĩ suffragia prosunt vt tolerabiliꝰ sit eoꝝ dãnatio · id ẽ punitio. Porro mediocriꝫ bonos vocãt illos q̃ pauca ꝛ lenia venialia secũ ferunt ꝛ nulla mortalia cõmiserũt · vel iniũctas sibi pẽnitentiã totaliter explenerũt · ꝛ talibus suffragia psũt vt plena sit remissio eoꝝ · i · vt statim plenã assequent relaxationẽ supplicioꝝ. Sꝫ forte aliꝫ obijciet q̃ cõtra id q̃ dictũ est de dãnatis: Legit enĩ .ij. Macab.xij. q̃ Judas ꝛ sui cum venissẽt vt corpa pstratoꝝ tollerẽt ac sepelirent inuenerũt sub tunicis interfectoꝝ de donarijs idoloꝝ q̃ç apud iãniã fuerãt · a quibꝫ lex prohibet iudeos. Omnibꝫ ergo manifestũ factũ ẽ ob hãc cãm eos cecidisse. Deꝫ itaq̃ benedixerũt iustũ iudicium dñi · q̃ occulta fecerat manifesta · atq̃ ita ad pcem cõuersi rogauerũt vt delictũ tra deret obliuioni. Deinde Judas p eisdẽ collatione facta duodecĩ dragmas argẽti misit hierosolymã offerre p peccatis ꝛc. Ex quo videt innui q̃ p damnatis debeat orari ꝛ sacrificia offerri. Sꝫ ꝓsumitur q̃ sub ipso gladio pẽnituerint aliq̃ · qđ attendẽs Judas · ꝛ forte p spũm cognoscens scĩt p eis orari. Dñ ꝛ postea dicit ibidẽ. Et q̃ cõsiderabat q̃ hi qui cũ pietate dormitionẽ acceperant optimã habẽrent repositã gratiã. Dicit aũt Aug⁹. vbi supra · q̃ ecclia p omnibꝫ illis orat de quibus est incerta. Q̃ autẽ dĩ in missa p defunctis: Libera aĩas eoꝝ de manu inferni · ꝛ de pfundo lacu · ꝛ de ore leonis · et de faucibꝫ tartari · per hęc oĩa intelligantur diuersę pẽnę purgatorij · a quibus ecclesia petit animas liberari. Sed si de pẽnis inferni accipiat · tunc nõ oratio ꝫ gratiarũ actio esse dicit sub hoc sensu: Gratias ago tibi q̃ eas de talibus liberasti. Sic enĩ et cũ ecclesia celebrat p puer in albis defunctis · nõ dicit esse penitus · sed gratiarũ actio. Sic orauit dñs p Lazaro dicens Joh.xj. Pr⁹ gratias ago tibi q̃m audisti me. Veniꝝ q̃çd dicãt apocrybę de statu dãnatoꝝ · licet puniãtur citra meritũ · dicũt eos catholici doctores nullum penitus aliquo tpe vel casu recipere solatiuꝫ. Ad intelligim⁹ Esaiã. xiij hyperbolice loq̃ · vbi ad exaggerandam confusionẽ ac pẽnaꝫ Babylonis dominoꝝ de ipso dicit sub typo luciferi: Infernus subter te cõturbatus est · i · cõmot⁹ · nõ timore sed gaudio · in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes · i · terrenos pncipes · vt in derisionẽ ꝛ contemptum occurrerẽt tibi quos dũ viueres cõpressisti. Dñ subiungit. Omnes principes terrę surrexerũt de solijs suis · i · de pẽnaꝝ locis consolationẽ habẽres sc̃z in pẽnis tuis · vel mirãtes tanti pncipis pẽnã · cui⁹ pri mo mirabantur potẽtiam. Sic ergo loq̃t per hyperbolẽ et etiã per sarcasmos · id ẽ hostilẽ irrisionẽ. Quod q̃ dicit ibi Hiero⁹ solatium esse malo ꝝ cum viderint inimicos sibi esse socios pẽnaꝝ · intelligendus est · vbi potest esse solatiũ · at ĩ inferno nõ dicimus esse locũ solatij · sed pari supplicij. Hiero⁹ autẽ iuxta litterã ibi exponit verba Esaię, quę vt dictũ est accipiũtur hyperbolice. Possunt etiã intelligi omnia huiusmõi per hypothesim · hoc modo Si lętari possent in inferno · lętarentur vtiq̃ in aduẽtu tuo. Dum igit de his solis vt dictũ est qui sunt in purgatorio certũ habet ecclesia q̃ eis psint viuentiũ suffragia · ad illos vt dicit beatus Bernũ nobis transeundum est p cõpassionem quibus iuncti sumus per humanitatem. Burgã inquit illis in adiutoriũ interpellando pro eis · iejunijs · orationibus · et sacrificio singulari. Quibusmodi · n · officijs potest eoꝝ pẽnitẽtia resecari · pẽna finiri. Trib⁹ autẽ pręcipue causis suffragari debem⁹ eis · et maxime nostris. Primo sc̃z ꝓpter amicitiã pristinã · quia tenemur amicis reddere gratiã · sicut dicit Eccl. xxx. Alioquin si amico etiã defuncto gr̃ia non impeditur · non fuit amicicia vera quę nec morte rumpitur · Sm illud Can. vlc. Fortis est vt mors dilectio. Si enim vt mors dilectio fuit est · vtiq̃ morte separari nõ potest. Secunda causa est

P

quia et nos in eoꝝ statu futuri sumus. et tunc aliorum suffragijs similiter indigebimus. ſm qđ dicit mortuus ad viuum. sic enim erit ꝛ tuū. ſcz iudicium. Nam vt dictuz est supra. mortis iudicū. cōe est omnium. Mors enī iudex est. cuius iudicio subiacent omnes etiā reges et imperatores. Habetq; pro tribunali feretrū. assessores autē sce. de quib⁹ dicitur Ezech. ic Vnusquisq; vas interitus habebat in manu sua. Executores aūt sententie sue habet parētes ꝛ amicos q̄ntum ad mundanam possessionē. vermes ac putredinem q̄ntum ad carnē. dęmones q̄ntū ad aiam. Vnde dicit Eccl. x. Cum enī moritur homo hereditabit serpentes ꝛ bestias et vermes. Serpētes. id est. dęmones callidos ac venenatos q̄ntum ad aiam. Bestias quasi vastias. i. amicos carnales omnia vastātes q̄ntū ad possessionē vermes autē q̄ntū ad carnē. Iudex iste trinam citationē ſm iuris formā solet facere. prima est ſgritudo. ſcunda corpis defectio. tertia vero peremptoria est. quā non per nunciū facit. sed ipsamet venit. Pro tribo tamē vnam facit quandoq; quādo scz iudex summus sub q̄ mors est iudex delegatus ex aliqua causa vult festinare. Nam electos suos q̄nq; citius vocat ne cadant. malos etiā ne peccata peccatis addant. De primo dicit Sap. iiij. Iustus si morte p̄occupatus fuerit in refrigerio erit ꝛc. De secundo dicitur in psalmo: Viri sanguinū ꝛ dolosi nō dimidiabunt dies suos. Pauci ẋo vl nulli adulti credunt sic purgati discedere vt non secum ferant aliquid cremabile. Et nos igitur eis impendam⁹ nunc. qđ tunc nobis impendi volumus. ſm illud Eccl. xx. Intelige quę sunt p̄rimi tui ex teipso. Et illud Iob. v. Visitans spēm tuā non peccabis. Hinc etiā dicit a domino Matth. vij. Omnia quęcunq; multis vt faciāt vobis homines. eadē ꝛ vos facite illis. ¶ Tertia causa est quia ipsa eoꝝ causa per se miserabilis est. Nam quilibet eoꝝ q̄ntumcūq; fuerit in hac vita diues. modo tamē est pauꝑ. ſm illud Iob xxvij. Diues cum dormierit nihil secum asseret. aperiet oculos suos ꝛ nihil inueniet. Ita veniq; per mortē depauperat. q; etiā obolo indiget vt p eo pauper erogetur. Sibi q̄ntūcūq; fuerit potens. modo ē infirmus. nec se nec alii iuare valēs. q; nō est ibi locus merendi. Itez q̄ntūcūq; fuerit senex vel facundus. modo est infans. quia nec pro se fari valet. ꝛ vbertim⁹ nris indiget. id est. ecclesię suffragijs. quibus nutriat ꝛ sustentet. Quot enī psalmi pro illis dicunt in vespere. quot lectiones ac responsoria in vigilijs. quot missę pro eis celebrant. quot elemosyne p eis erogant. quot orationes p eis ad deum vel sanctos dirigunt. quasi tot eis fercula inferunt. ꝛ apponunt. Vnde qui hęc subtrahūt eis crudeliter subtrahunt vbera paruul. Et hoc plurimum legatarij faciunt. qui cum iuxta defunctorum ordinationē deberēt capellas construere. vel legata distribuere. differunt. vel laborez ex pigricia vl negligentia recusantes. vel qđ detentus est vel ardentibus in purgatorio bona eoꝝ i proprias vtilitates interim convertentes. Imitant crudelitatē Herodis emuli Christi q̄ parulos fecit occidi. Et ẋe maius peccatū videt. fraudare defunctos q̄ infirmos et pauperes vivos. q̄ illi q̄dem petere possunt debitum ꝛ conqueri. non autem illi. ꝛ ideo miserabiliores est eorum causa. p̄terea damnosior est debite subuentionis dilatio circa defunctos. q̄ circa vivos. Quia viuenti q̄cunq; impendatur nunq; perit. et toto. ſ defuncto perit quādoq; ſcz quādo iam cessauit de purgatorio. Hodie siquidem aliquis est in purgatorio qui cras fortasse non erit. et ex tunc suffragio non indigebit. et ideo bonorum suoꝝ erogatio dilata tarꝺi non proderit. ¶ In gestis sancti Odilonis cluniacensis. quę scripsit Petrus damianus narratur. q; religiosus q̄dam a hierosolymis rediens. in Sicilia reclusi cuiusdam humanitate recreatus dicit ab eo inter cętera q; i illa vicinia essent

loca cructantia flammaꝝ incendia · quę loca vocantur ab incolis olle vulcani · i quibus animę diuersa luunt pro qualitate meritorum supplicia ad hęc exequenda deputatis ibi dęmonibus. quorum se crebro voces iras et terrores · sępe etiam vlulatus audisse dicebant plangentium ꝙ animę damnatoꝝ experirentur de manibus eorum per elemosynas et preces fidelium. Et hoc maxime per orationes cum accensum indefesse pro defunctorum requie orantiū. Hoc p illū albas Odilo comperit · ac per oia monasteria sibi subiecta cōstituit · vt sic primo die nouembris festiuitas omnium sanctoꝝ agatur · ita in crastinum omniū memoria i Christo ꝙescētium celebretur. Et hic ritus ad multas ecclesias transiit · sicqꝫ fidelium defūctorum memoria solennizari cœpit. Hęc autē narratio supradictę sentētię de purgatorio attestatur · videlicet ꝙ illic a dęmonibus animę cruciantur · et ille quidē ignis frequenter infernalis · vel etiā infernus appellatur. Quin etiā eiusdē naturę vtrāqꝫ ignem existimo · et quo aię cruciantur in inferno · et quo in purgatorio · nisi ꝙ ille quidē perpetuus · iste autem est transitorius. Hinc et Turpinus in historia Karoli magni refert ꝙ dum idē Karolus in hispaniam contra Argolandā se ꝓpararet · et apud Baionā crearet ei hospitatus esset : quidam miles Romaticus nomine ęgrotus et morti proximus accepta pœnitentia et eucharistia cuidam consanguineo suo precepit vt equū quē habebat venderet et precium clericis egenis daret. Quo mortuo ipse consanguineus equū centum solidis vendidit · et p̄cium cibis ac potibus et vestibus velociter expendit. Transactis autē triginta diebus apparuit ei mortuus nocte in extasi dicens: Mīi res meas p redemptiōe aię meę in elemosyna tibi ad vandū cōmendaui: scias deum omnia crimina mea mihi dimisisse · et quia iuste elemosynā meam tenuisti · scias me per triginta dies in pœnis tartareis fuisse · te autem in eodem loco infernali vnde egressus sum die crastina ponendum · et me in paradiso futurū. Quibus dictis disparuit. Tremefactus ille euigilauit et cum eadem die narraret socijs somniū suū · subito factꝰ est clamor in aere velut leonū · lupoꝝ · et vrsorū. Et ecce ille subito raptus est a dęmonibꝰ in locū diuino iudicio sibi destinatū. Quę situs a socijs vir vndecima die sup quodam montē altissimū mortuus iacens toto corpore collisso inuentꝰ est. Qui mons quattuor dietis distabat a loco in quo raptus fuerat. Ibi dęmones eū precipitāt tribus leucis in altum supra mare · hęc Turpinus. Hęc ergo designari possunt per tres pueros missos in fornace babylonis ꝓpter tria peccata · s. cogitationis · locutionis · et operis : Cum quibus angelus domini descendit · i · sacerdos quem Malachias angelum domini vocat · eis condescendit · ęs pro eis orando vel celebrando · et medium fornacis quasi ventoza roris flantē facit · quia vox domini · id est virtus orationis flammā ignis illius interadit. Sic igitur a peccatis cū quibus decesserūt absoluunt duobꝰ modis · s. pœnis atqꝫ suffragijs. Vñ Beda sup parabolas: Licet inquit vt scriptū est mortuo hoie impio nulla sit vltra venię spes · sunt tamē qui de peccatis leuioribus cuz quibus defuncti sunt absolui possunt · vel pœnis castigari vel suoꝝ precibus vel elemosynis ac missarū celebrationibus relevari · sed hoc añ iudiciū. Qui ꝙ postea se liberandos putant fallūtur · et forsitan ad illos pertinet ꝙd sequit̄ · Expectatio sollicitoꝝ cibit · hęc ille.

De animabꝰ in sinu Abraę collocatis. Cap. X.

B hac vero pœna post
a purgationē animę ad requez transeūt · et etiam ille quę in B mundo vel innocentes vixerunt · vel a delictis omnino per pœnitentiam purgatę decesserunt. Sicqꝫ corporibus erute poſt

labores ⁊ erumnas · quas in mundo sustinuerunt in loco secreto voluptatis fgliter quiescant. Juxta illud Apocal. xiij. Amodo iam dicit spūs vt requiescant a laboribus suis ⁊c. Qui sc̄z locus dicitur sinus ꝓpter secretū Abraę ꝓpter antiquū promissum. De quo dicit Beñ. xv. Sic erit semen tuū sicut stellę cęli · s. luminosū Unde ⁊ apostolus · j. Cor. xv. loquens de gloria sanctoꝝ dicit. Stella a stella differt i claritate. Itaq; locꝰ ille fm Augustinū luminosus est valde. Unde et i officio ꝑ animabꝰ defūctoꝝ cōsuevimus canere: Michael archangelus reꝑsentet eas in lucē sanctam quā olim Abraę ꝓmisisti ⁊ semini eiꝰ. Olim vero dicebatur sinus Abraę lymbus infernī · quia illuc Abraā cui facta erat ꝓma promissio descenderat · ⁊ ibi cū ceteris sanctis veteris testamenti liberatorē expectabat · cui dicitur Zach. ix. Tu quoq; in sanguīe testamenti tui emisisti vinctos de lacu in q̄ erat aqua · id est · refrigerans misericordia In illo ergo fḷicitatis loco requiescunt sanctoꝝ animę tribꝰ iā dotibus decorate videlicet cognitione · dilectione · et fruitione. De cognitiōe dicit a dño Joh. xvij Hec est vita eterna vt cognoscāt te vꝝ deum ⁊ quē misisti Jesum christum. Et j. Cor. xiij. Tunc cognoscam sicut et cognitꝰ sum · Tantū ꝛ̄o bonū est atq; iocundum deū cognoscere · q̄ minꝰ malum esset eternaliter ardere in gehenna · ⁊ deum videre si esset possibile · q̄ extra pēnā esse ⁊ carere dei visione · i qua nimiꝝ est delectatio tanta vt oīo pēna materialis absorbeatur ab ea. Sanctiq; angeli tantaꝝ in hac visione ac fruitione sentiūt iocunditatem · vt nullatenꝰ aliqua pro ea vel ad tempus reciperēt cōmutationē aut reꝑsationem. Unde beatus Beñ. in ſmone de sancto Martino: Domine inquit si adhuc populo tuo sum necessariꝰ nō recuso laborē · fiat voluntas tua. O inestimabilē charitatē · o obediētiā singularē · Magna quidē o sancti angeli est obedientia vestra · ꝑ q̄ audiaꝝ dicere pace vestra nescio an inveniat quiscq̄ in vobis paratus aliq̄n mitti i ministerū tale vbi necesse habeat patris faciem non videre. hęc Beñ. De hoc etiā Augustinus i libro. iij. de libero arbitrio. Tanta inquit est illa pulcritudo iusticię · tantaq; iocūditas lucis ęterne · id est · incōmutabilis veritatis et sapiētię · vt etiā si nō liceret i ea manere plusq̄ vnius diei mōta · ꝓpter hoc solum innumerabiles anni hui⁹ vitę pleni delitijs et circūfluentia bonoꝝ tēporalium recte meritoq; contemnent. Nō enim falso aut puo affecta dictū est · q̄n melior est dies vna in atrijs tuis sup̄ milia · hęc Augustinus. In illa igit sancta contemplatione ꝑspiciunt ⁊ ipsam in semetipsa veritatē · et etiā de his q̄ fouis sūt ea quę vel illis ad gaudiū · vel nobis ꝑ sunt ad auxilium vel salutem. Sic cum intelligat qđ dicit beatꝰ Gregoꝰ. Quid est inquit qđ fouis ignorēt q̄ videntē omnia vident: Vñ Hugo vbi sup̄. Unū ē inquit lumen in quo aīe sanctoꝝ ⁊ audiunt ⁊ vident in q̄ li q̄d forte fons agitur qđ modo interim nō audiunt aut videt mysterium est dispēsationis nō detrimentum fḷicitatis. Hanc visionē etiam phi desiderabāt q̄ nimiū in hac vita circa veritatis intentionē ingenii suū exercentes post tenebras corpis plenā eiꝰ cognitionem se habituros sperabāt. Unde Gellius i tusculanario libro. p. Cum inquit facabꝰ corpis ad omnes cupiditates inflammari soleamus · profecto beati eimꝰ cū corporibꝰ relictis et cupiditatū ⁊ emulationuꝝ expertes fuerimus · totosq; nos in contemplādis rebꝰ ꝑspiciendisq; ponemus · q̄ natura ineſt mētibus nostris insatiabilis quędā veri videndi · qua ꝑcipue visione fruent · qui tāc etiā cū has terras incolentes caligine circumfusi erāt · tamē acie mentis conspicere cupiebāt. Hęc et alia multa de futura fḷicitate phi senserunt atq; scripserunt · videlicet fm opinionem suā qua immortales aīas esse arbitrati sunt. Unde plures vt dictū est sup̄ vitam sibi violenter extorserūt · quidam

ſcz vt miſeriam p̃ſentem euaderent · quã/dam vt vitam fl̃icioꝛẽ obtinerent . Le/gitur enim in chronicis q̃ Marc⁹ porci⁹ Cato latinus declamator tedio duplicꝫ quartanę ſemetipſum interfecit. Item q̃ legitur q̃ Theobotus ambraciensis cũ legiſſet libꝝm Platonis de immortalitate animę e muro ſe p̃cipitẽ dedit pꝛ deſiderio melioris vitę. Hinc t Tullius in libro de ſenectute. O inquit p̃clarã diem cum et hac turbę collusione decedaꝫ et ad illud diuinum animoꝝ concilium ſe/cedam · proficiſcar enim ad viros ſapien/tes · et p̃cipue ad Catonem meũ · cuius corpus a me fuit crematuꝫ · quo nemo na/tus eſt melior · nemo pietate pꝛeſtantioꝛ/bꝫ ille. In hac ergo ſꝛe pbi et mala pꝛ/ſentia ęquanimiter tolerabant · et ipſam mortem contemnebãt vel etiam eroptabant. De primo dicit Tullius in tuſcul· libro. p̃. Nescio quomodo mentibus q̃ſi ſeculoꝝ quoddã augurio futurorum in/heret · idqꝫ in maximis ingenijs t altiſſi/mis animis maxime exiſtit t facillime ap/paret: quo quidem tempore q̃ tã amens eſſet qui ſemper in laboribus et periculis viueret. Idẽ in pbilippica .xiij. Breuis inquit a natura nobis data eſt vita · ſ̃ bene actę vitę memoria ſempiterna · quę ſi longioꝝ q̃ hꝫ vita non eſſet quis eſſet tã amens qui maximis laboribus et pericul· ad ſummã laudẽ gloriamqꝫ cõtenderet? Hinc etiam dicit Seneca ad Paulum apl̃m epiſtola .vj. Feramus ęquo animo t vtamur foro q̃ foro conceſſit to/nec inuicta fl̃icitas finem malis imponat We ſecundo dicat Quintilianus in q̃rta cauſa. Si q̃s ſciat quis ſit bonoꝝ finis/quę vera fl̃icitas · nunqꝫ ſibi videbitur p̃ matura morte pẽtur⁹. De hac quoqꝫ ma/teria multa iam dicta ſunt ſupra. Itaqꝫ pbi animę immortalitatẽ · et bonoꝝ fi/nem vtcunqꝫ cognouerũt · ſed viam cini/tatis habitaculi non inuenerunt. Unde Auguſtinus in libro confeſſionum .vij. Aliud eſt inquit de ſilueſtri cacumine pa/triam patris videre · ſed iter ad eam non inuenire fruſtraqꝫ conari p̃ inuia circum obſidentibus fugitiuis deſertoribus · cuꝫ principe ſuo leone t dracone · t aliud vi/a illuc ducente · cura cęleſtis imperatoꝛ/ma nitam tenere · vbi non latrocinantur qui cęleſtem deſeruerunt militiam · q̃ tanqꝫ ſupplicium vitant illam. De dilectio/ne ꝙ dicitur ſimiliter · j · Coꝛ. xiij. Cha/ritas nunqꝫ excidet . Non enim vt fides euacuatur ſed potius augmẽtat · vt igni/culus in ſion fiat caminus in hieruſalem vt legitur Eſa .xxxj. Illuc enim vtcunqꝫ p̃mo conſũmat illud p̃ceptum domini quia in hac vita perfecte nõ poteſt imple/ri: Diliges dominum deuꝫ tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua. De quo tñ dicit beatus Bernꝛ ſup cant. omel. j. Eſt quidẽ charitas in actu et eſt in affe/ctu. De prima datum eſſe p̃ceptum do/minibus · puto cum dicit: Diliges domi/num deum tuũ et toto corde tuo · nam in affectu quis ita habeat vt mandat · ergo illa mandatur ad meritũ · iſta dat ad p̃/mium · cuius initiũ et profectũ · vitam q̃ꝫ p̃ſentẽ experiri diuina poſſe gratia non negamus · ſed plane conſummationẽ fu/turę fl̃icitatis defendim⁹. Nec latuit p̃/ceptorẽ p̃cepti pondus · vires hominũ excedere · ſed indicauit vtile et ꝑ illos ad/moneri ſuę inſufficientię vt omne os ob/ſtruatur ꝛc. · t vt ſcirent ad quẽ inſticię fi/nem niti pro viribus oporteret. Accipiẽ/tes itaqꝫ mandatum et ſentiẽtes defectũ clamemus in cęlum · t miſerebitur noſtri deus · et ſciemus i illa die quia nõ ex ope/ribus inſticię quę fecim⁹ nos ꝛc · hꝫ ille. Idem quoqꝫ dicit in libro de diligendo deo. Fl̃ix qui meruit ad quartum pin/gere dilectionis gradũ · vt ſeꝝ nec ſeipſum homo diligat niſi propter deum ſed amo/re diuino inebriaturus animus ſuiqꝫ ob/litus · et factus ſibi tanqꝫ vas perditum totus in deum pergat · atqꝫ adhęrẽs deo vnus cum eo ſpiritus fiat et dicat: Defe/cit caro mea et cor meũ · deus cordis mei · et pars mea deus in ęternum. Et ſiqdem e mortalibus quiſpiã ad illud interdum

raptim ꝛ ad momentum admittitur subito dici malicia perturbat corpus mortis aggrauat necessitas carnis sollicitat. Unde ben in se redire et ī sua compellitur recidere ac miserabilit exclamare domine vim patior respondeꝓ pro me: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? hec ille. Idem quoq; dicit in sermone de omnib⁹ sanctis. Putas ne poterit aliquādo humana anima in hoc gaudium domini sui ꝛ in bāc eius intrare requiez: vt ipsa quoq; in omnib⁹ delectetur nec aliqua affectione in rugas contrahatur sed transeat in affectū quēdam generalem atq; diuinum? poterit sī vtiq; fidelis inueniatur super pauca quę accepit milicię suę tempore ꝛ super actus super sensus super appetitus suos quos regendos suscepit et vt in bis probet q̄s fidelis domino suo sit hec Bernardus. Porro de fruitione siue comprehensione dicit apostolus ad Phil. iij. Sequor aūt si quo modo cōprehēdā in q̄ ꝛ comprehensus sum. Hoc autem frui vel comprehendere est deo ꝓpter semetipsum immutabiliter adhęrere. Et hoc est illud gaudium de quo dicit beatus Bern̄. in quadam epistola. Illud verus ꝛ summū est gaudiū qđ non de creaturis sed de creatore concipitur qđ cum possederi nemo tollet a te cui compata omnis aliūde iocūditas mgror est omnis suauitas dolor omne dulce amarum omne decorum fedum omne aliud quod delectare possit molestum. Et Augustin⁹ libro cōfessionum. ij. O inquit iustitia pulcra et honestis luminibus decora et insatiabili sacietate quies est apud te vita imperturbabilis qui intrat in te intrat in gaudiū domini sui et non timebit sed habebit se optime in optimo hec Augustin⁹. De hoc etiam gaudio dicit Prosper in libro epigrāmatū. Semp erunt qđ erant eterne gaudia vitę. Gaudendi q̄n causa erit ipse deus. Nec varios pariet motꝰ diuersa voluntas. Unū erit in cunctis lumen ꝛ vnus amor. Inq; bonis sūmis posita experiētia felix. Nec volet augeri nec metuet minui. Ad patriam vitę de noctis valle vocati Virtutum gradibus scandite lucis iter. Sed merito gaudiū hoc retribuo comprehensioni quia fm Augustinū. Gaudium est diffusio animi in cōprehensione cōuenientis. Unde de tribus prędictis potibus dicit Anselm⁹ in proslogion. Illi beati tantū gaudebunt quantum amabāt et tantum amabunt quantum cognoscent. Oro ergo te⁹ cognoscam te et amem te vt gaudeā de te. Proficiat hic in me tui noticia et ibi fiat plena crescat amor tu⁹ ꝛ ibi sit plen⁹ vt ḥ gaudium meum sit magnum in spe ꝛ ibi plenum ī re. hec Anselmus. Ygitur ex cognitione precedit dilectio ꝛ ex vtroq; fruitio siue comprehensio que forma est aliarū duarum ac perfectio. Est enim fruitio visionis ꝛ in qua et dilectionis a qua ꝛ est ꝛ augetur ꝛ perficitur. Itaq; cognitione perficietur ac remunerabitur vis aīe rationalis dilectione cōcupiscibilis fruitio vero siue comprehensio erit in vtraq; qz procedit vt dictum est ab vtraq; Irascibilis vero quia non immediate mouetur in deum sed data est ad remouendū impedimenta quę nos retrabunt ab inquisione summi boni hoc est ad bellandū cōtra mundum carnem diabolū nō habebit votem propriam sed remunerabitur in cōfirmatione suarum virtutum vt timoris humilitatis fortitudinis quę ī ea remanebunt etiam in gloria eternitatis. Unde de timore dicitur in psalmo. Timor domini sanctus permanet in seculū seculi. Et Eccl. ꝯ. Timor dei delectabit cor ꝛ dabit leticiam ꝛ gaudium in longitudine dierum. Quidā tamen solent dicere q irascibilis remunerabitur ī laude Nempe quia fuit in pugna laudabit deum de victoria sez non eam sibi. Ꝯ illi attribuens ꝛ dicens: Non nobis dñe non nobis sed nomini tuo da gloriaz. Et vt dicit Augustinus super Gen. li. xij. Ibi virtutes animę non sunt laboriose quia nec opere temperantię libido frenat nec

opere fortitudinis aduersa tolerãtur. nec opere iusticie iniqua puniuntur. nec ope prudentie mala deuitantur. vna ibi z tota virtus est amare qđ videas. z summa felicitas habere quod amas. Ibi namq; beata vita in suo fonte bibitur vnde aliq̃d humane vite aspergit vt in temptationibus huius seculi temperanter. fortit. iuste. prudenterq; viuatur. Propter id siquidem adipiscendum vbi secura req̃es requies erit. z ineffabilis visio veritatis. latet. suscipitur z a voluptate continendi z aduersitate sustinendi z subueniẽdi indigentibus. z resistendi decipientibus Ibi videbitur claritas dei non per visionem significantem sine corporalem que visa est in monte sinai. sine spiritualez sicut vidit Esaias vel Iohãnes in apocal. sed per speciem q̃ntum eam mens humana capere potest p̃m assumẽtis dei gratiã vt os ad os loquatur ei. non os corporis sed mentis. hec ille. Idem quoq; dicit libro de ciuitate dei. xix. Ibi quoq; beates erunt non contra vitia vel mala certantes. sed victorie premium habentes eternam pacem videlicet quã nullus aduersarius inquietet. Idem eodem libro. xxj. Premium ergo virtutis erit ipse qui virtutem dedit. eiq; seipsum quo melius et maius nihil possit esse promisit. nec ideo liberum arbitrium non habebunt. qz peccata eos delectare non poterunt. Magq; quippe erit liberum a delectatione peccãdi vsq; ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberatum. eoq; potentius erit quo peccare non poterit. hec Augustinus. Itaq; de glorificatione pfectarum trium virtuz anime dicit beatus Bernardus in sermone de omniũ sanctis. Ibi certe gloria supereminens. ibi beatitudo effluẽs implebit rationale nostrum luce sapientie. concupiscibile fonte iusticie. irascibile vero perfecta letitia. atq; tranquillitate. Et vide si non i his tribus perfecta q̃ntum ad animaz beatitudo consistit. quãdo scientia eam nõ inflat propter iusticiam. iaz non contristat propter letitiam. vt cesset illud proverbium. Qui addit scientiã addit z dolorẽ. quãdo iusticia nec indiscreta erit propter scientiam. nec onerosa propter letitiam. quando letitia nec inepta erit p̃ter scientiam. nec impura propter iusticiam. hec ille. Aliter vero p̃m q̃ memoria z ratio et voluntas imaginẽ dei constituũt in anima. de illarũ glorificatione sic loquit idẽ Bern̄. super Cant. omel. xj. Qui replet inquit in bonis desiderium anime. ipse rationi futurus est plenitudo lucis. voluntati plenitudo pacis. memorie cõtinuatio eternitatis. O vitas. charitas. eternitas. O beata z beatificans trinitas ad te mea misera trinitas miserabiliter suspirat. quoniã ad te infeliciter exulat discedens a te quãtis se intricauit erroribus volumibus. timoribus. Ecce me talẽ pro te cõmutauimus trinitatem. Cor meum conturbatum est. z inde dolor. deseruit me virtus mea. z inde pauor. z lumẽ oculorum meoz non est mecum. z inde error. Verũtamen q̃re tristis es aĩa mea z q̃re conturbas me. Spera in deo. quoniam adhuc confitebor illi. cum scz a ratiõe error. a voluntate dolor. a memoria timor omnis recesserit. z successerit illa quã speramus mira serenitas. plena suauitas. eterna securitas. Primũ faciet veritas dei. secundum charitas dei. tertium sũma potestas dei. vt sit omnia in omnibus deus. hec Bernardus. Et p̃m hunc modum loquitur etiam Augustinus de ciuitate dei libro. xj. Illic nosse nostz nõ habebit errorem. ibi amare nostrum nõ habebit offensionez. ibi esse nostrum nõ habebit mortem. Itaq; sicut idem Augustinus scribit ad Ianuarium libro. p. Modo nunc fide ac spe gerimus. z vt ad id quemamus dilectione satagimus est requies animarum quedam ab omni labore z molestia vtiq; sancta atq; perpetua. in qua nobis et hac vita fit translatus quaz sua passione p̃monstrare et consecrare

dignatus est dominus Jesus. Inest autem in illa requie non desidiosa segnicies sed quędā ineffabilis trāquillitas agnitionis ociosę. hęc Augustinus. Et hic ē Abrahę sinus. qui ꝛ non immerito dicitur paradisus. Unde idem Augustinus super Geñ. libro. xij. Si proprie inquit locus nemorosus. vbi sęz Adam translatꝰ est: Translative autem omnis regio spiritualis vbi animę bonę est merito paradisus. dici potest non solum tertiū cęlum quod profecto magnum et pręclarum ē. verum etiam in ipso homine lętitia quędā bonę conscientię paradisus est. Unde ꝛ ecclesia in sanctis temperanter ꝛ pie ac iuste viuentibus recte dicitur paradisus propter affluentiā gratiarꝫ. instarq; delitiaꝝ. quando quidez ꝛ in tribulationibus gloriatur de ipsa patiētia gaudēs quantomagis post hanc vitam et sinus Abrahę dici potest paradisus. vbi tanta est requies post omnes dolores vitę huiꝰ. Neq; enim ꝛ lux ibi nō est propria quędam ac sui generis. et profecto magna quā diues ille de tenebris infernorum sic vidit vt ibi pauperem illum quondam contemptum cognosceret. hęc Augustinus. Et hic est status animarum. quę iam sunt in atrio regio. sed nondum i palatio. De quo tamen statu beato dicitur in psalmo: Melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Unde Hieronymus in breuiario super illo psalmo. Si fieri inquit posset vt aliquis vna die tantum in regno cęlorum esset. ꝛ postea precipitatus decideret recte quoq; dicere posset: Melior est dies vna in atrijs tuis super milia Verum. qui vna die in illo regno fuerit. illic vtiq; semp erit. hęc Hieroꝰ.

De futura cōsummatione illarum fęlicitatum.

Cap. XI.

O Nia vero quę per excellentiā dicta sunt de illa reqe ac fęlicitate qua nunc interim ante diem iudicij beatę sunt animę. ꝟ etiaꝫ de illius visionis ac dilectionis ꝛ fruitionis plenitudine intelligenda sunt respective. s. ad comparationem huius vitę. Nemo enī degens in hoc mortali corpore potest ad illam animaꝫ fęlicitatem attingere. Unde post multiplicem Johannis baptiste commendationē intulit dominus de ipso Matꝫ. xj. Qui minor est in regno cęlorum maior est illo. Acteꝫ ad comparationem futuri status. post iudiciū adhuc imperfectus est status earum. Sic enim dicit Augustinus super Geñ. libro. xij. Minime quidem dubitandum est ꝛ raptā a carnis sensibus mentem hominis. ꝛ etiam deposita carne post mortem ipsā transcēsis etiā similitudinibꝰ corporaliū non sic incōmutabilem videre substantiam dei sicut vidēr angeli sancti sine alia latentioꝝ causa. siue ideo qꝛ inest ei naturalis quędā appetitus corpus ammīstrandi quo retardatur quodāmodo ne tota intensione in illud summū cęlum pergat q̄diu non subest corpus. cuius amministratione appetitus ille cōquiescat. Nūc quidem quia tale corpus est cuius amministratio difficilis ꝛ grauis est. quippe caro quę corrumpitur aggrauat animam. de propagine transgressionis existens. multo magis ab illa summi cęli visione auertitur mens. Unde necessario ab huius carnis sensibus eripitur vt illud ei q̄modo capere potuerit ostendatur. Deꝫ cum hocipsum corpus iam non animale sed per futuram commutationē spirituale receperit angelis adęquata perfectum natę suę modū habebit obediens et imperans vinificata et vinificans tam ineffabili facultate vt sit ei glorię qđ fuerat sarcinę. hęc Augustinus. Et vt dicit beatus Bernardus i libro de diligēdo deo Si animę sanctorum erutę sua corpora quod non negatur desiderant ac sperāt recipere liquet eas necdum a seipsis. id ē. ab amore sui penitus immunes esse. qui-

bus constat·nec dz penitus velle te p-
prio quo vel modice reflectatur intento
eorum. Itaqꝫ ante reparationem corpo-
rum non erit ille defectus animoꝝ· qui
profectus et summus est ipsorum status
ne carnis consortium iam spiritus nō re-
quiret·si sine illa consummaretur. Va-
let itaqꝫ animę diligenti deum·corꝑ suꝫ
infirmum· valet mortuū· valet resusci-
tatum. Primo quidem ad fructum pę
nitentię·secundo ad requiem· postremo
ad consummationem. Merito ergo sine
illo non vult perfici qui in omni statu p-
sentit in bonum sublevare sibi. Merito
communium triplex celebrat sapientia·la-
borantes cibans·quiescentes potans·re-
gnantes inebrians. Unde dicit i Cant.
Comedite amici ꝛc. Comedite hic ante
mortem in carne mortali cum labore qđ
glutiendum est mastricantes. Bibite post
mortem i vita spirituali suauissima qua-
dam facultate quod percipitur colantes
tanquā post panem dulcis vinuꝫ amo-
ris in plenius haurire permissi. Non ta-
men purum sed quodāmodo sub nomi-
ne sponsę in Cant. dicitur: Bibi vinum
meum cum lacte meo. Vino enim divi-
ni amoris miscet etiam tunc dulcedinem
naturalis affectionis·qua resumere cor-
pus suum·ipsumꝫ glorificatum deside-
rat. Estuat ergo iam tunc sanctę charita
tis potata vino·sed nondū vsqꝫ ad ebri-
etatem·quia temperat interim ardoreꝫ il-
lum lactis hui⁹ p̄mixtio. Ebrietas nāqꝫ
solet mentes evertere·ꝫ immemores sui red
